DE

FONTIBUS CLEMENTIS MAROTI POETAE

(Usque ad annum 1527)

THESIM

FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI PROPONEBAT

Henricus GUY

FUXI
APUD L. GADRAT BIBLIOPOLAM
[illegible]

DE

FONTIBUS CLEMENTIS MAROTI POETAE

DE

FONTIBUS CLEMENTIS MAROTI POETAE

— Antiqui et medii aevi scriptores —

THESIM

FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI PROPONEBAT

Henricus GUY

FUXI
APUD L. GADRAT BIBLIOPOLAM

MDCCCXCVIII

MAGISTRO SUO

ANTONIO BENOIST

GRATIANOPOLITANAE ACADEMIAE RECTORI

Hoc parvulum maximae amicitiae gratiaeque pignus

D. D. D.

AUCTOR

PATRI MEO

I.

AN CLEMENS MAROTUS FUERIT ERUDITUS.

Plerique nostri temporis poetae ad eruditionis gloriam minime tendunt, arbitranturque, nec immerito, vim poeticam sponte sua surgere et per se ipsam nutriri, sine auxilio, nequaquam necessario, praeteriti temporis doctrinarum et optimorum scriptorum imitationis. Longe aliter senserunt XVI saeculi auctores nec satis esse poetis poetico spiritu afflari credidisse videntur, nisi in scientia, quasi solido fundamento, consisteret. Minime de hac opinione mirandum est. Qui enim eodem tempore aut paulo post Marotum vixerunt antiquitatem eo magis colebant quo ejus studium recentius erat. Graecorum Romanorumque opera, quae postea tot homines sunt imitati, flore juventutis nitida eorum oculis apparebant, et, postquam decem saecula pleraque in oblivione jacuerant, nova jucundioraque renascebantur. Praeterea, medii aevi auctores nihil interesse inter doctos et poetas semper crediderant, ut lex erat eo tempore quo ingenium scriptorum praecipue ex difficultatibus in scribendi arte inhaerentibus existimabatur. Idcirco, despectis iis quae Horatius dixerat[1], reputabatur, Francisci prioris aetate, poeticam artem in scientiarum mole quadam reponi, et eum Parnassi cacumina nunquam attingere posse qui Graecorum Latinorumque opera[2], Sacrasque Scripturas, philosophiamque, theologiamque, necnon naturales et occultiores etiam scientias memoria et animo non comprehendisset. Itaque quod ipsi nunc quaerimus : an Marotus fuerit eruditus, id multi eo vivente quaesiverunt, et magni nostra interest, cum indagare velimus quae fuerint ejus exemplaria, et quatenus quae legerit in ea quae scripserit defluxerint.

Merito an immerito Marotus gloriatur — et speramus hoc ipso nostro opere patefactum iri quid de ea opinione arbitrandum sit — se

1. — O imitatores, servum pecus. » *Epist.*, I, XIX, 19.
2. — Feuilletez de main nocturne et journelle les exemplaires grecs et latins. » *Déf. et ill.*, p. [illegible]

nullius rei gratiam cuiquam debere, atque superbe in suscipiendis operi-
bus profitetur :

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Pourquoy veulx tu [illegible] leur gloire entreprendre [1] ?

Gaudet poeta noster in loco suo stetisse, nunquam alienum usurpasse. [illegible] tius enim judicium ei est quam ut vitia eorum qui antea vixerunt imitetur, nimiaque aequitas et prudentia quam ut quidquid in eorum libris bene sit suum efficere conetur. Viam, inquit, sine duce secutus, [illegible] quod meminerit quae eum unquam docuit, omnia ex suo proprioque fonte hausit. Attamen se quamdam « maistresse d'escole [2] » (regnum autem scilicet) habuisse confitetur. Quid vult ex hoc verbo intelligi? Nihil aliud in animo habuit quam ostendere se tantummodo egregii poetae la[illegible] scribendis gloriam affectasse, et in conversatione principum et nobilissimarum mulierum, non in libris, quidquid in suis versibus elegantis, jucundi et faceti sit didicisse. Non despicit enim, ut Bellaius, poetarum aulicorum mores neque eos ad gloriam immortalem evehi non posse arbitratur [3], at contra persuasum habet regum sedem maxime carminibus et Musis convenire, asseritque non sine magno errore : « (Villon aurait) emporté le chapeau de laurier... s'il eust esté « nourry en la court des roys et des princes, là où les jugemens se amen[dent] « et les langages se polissent [4]. »

Noli tamen existimare Marotum nullo modo curavisse unquam se doctum haberi. Non desunt enim argumenta. Cordi ei est primum ostendere se multa legisse [5], deinde, quotiescumque occasio oblata est, eruditos diligenter celebrat. Praeterea non iram tantummodo in « [illegible] « lam » Sorbonam effundit [6], sed etiam regem amplissimis laudibus exornat qui Gallicum Collegium condidit, et adversus inimicos hebraicae, graecae et latinae linguae partes sequitur :

De la trilingue et noble academie [7].

Illud praecipue adversariis nascentis illius Collegii vitio vertit, [illegible]

1. L'autheur à son livre. Œuvres complètes, I, 1.
2. Ibid., ibid., [illegible].
3. La poésie courtisane, p. 11[illegible]. — Bellaius [illegible] « [illegible] » [illegible] Ibid. et Id., [illegible] 6, p. [illegible].
4. Œuvres, IV, [illegible] : Préface des poésies de Villon.
5. [illegible] Œuvres, II, [illegible], III, 7[illegible].
6. Ibid., I, [illegible] Epigr. [illegible] (Œuvres, III, [illegible]).
7. Ibid., ibid. — Collegium Gallicum anno MDXXX conditum est, [illegible] MDXXXIX [illegible].

[illegible] « de mourir tous catholiques[1] ». In autem epistola in qua [illegible] [illegible], omnia poetis adiscenda, et scientias ipsas, quibus ceteris hominibus antecellere solent, copiam acquirendi illis esse dandam aperte declarat. Is enim qui Musas colit

> . . . . . . ne doit laisser
> La belle langue, ni rien ne luy cacher
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible][2].

His versibus Clemens nos intelligere vult se scientiam acquirere conari, nec credit fieri posse ut animi dotes sine eruditione satis sint.

Sed an haec eruditio ei vere suppeterat nunc nobis est quaerendum.

Sagonti[3] amici saepe et amare Maroto ignorantiam crimini dederunt. Ii autem qui, in illo notissimo inter eos jurgio, ejus partes tenuerunt, [illegible] [illegible] animo defendere. Etenim si Marotum longe alios in versibus gallicis superare proclamant, tamen Sagontum ei latino sermone multo praestare confitentur. Quorum unus sic loquitur :

> Quant à moy, je dy bien [illegible]
> Que Marot n'est pas si sçavant
> Que Sagon en langue latine ;
> [illegible]
> N'a la [illegible] de nostre langue,
> Soit en [illegible] ou en harangue,
> Telle que Marot[4] . . . . . .

Alius, qui sub mendaci nomine *Nicole de Glotelet* sese abscondit, a Sagonto quaerit qua ratione Marotum ex numero litteratorum hominum abducere velit :

> Dy la raison : [illegible]
> Il n'a [illegible]
> [illegible]
> [illegible][5]....

In epistola quidem ad *Jacobum de [illegible]* missa, Joannes *[illegible]* fatetur Clementem Ciceronis linguae rudem admodum esse[6]. Stephanus *Pasquier* deinde non dissimulat illum, quamvis multos libros legisset, atque data occasione sollerter uteretur, non idem posse latinis

1. Ibid. : ibid.
2. Ibid., p. [illegible].
3. Cf. [illegible], *De disputatione inter Marotum et Sagontum* ; [illegible], *Le Différend de Marot et de Sagon.* (Revue d'hist. litt. de la France, [illegible].)
4. Guiffrey, III, [illegible].
5. [illegible], loc. cit., p. [illegible].
6. « [illegible] non placet quod Clementem Marotum [illegible] de latinis sermonibus [illegible] quamvis Marotus latine nesciverit [illegible], quantum ad rhythmos gallicos attinet, nemo [illegible] illo felicior. » Guiffrey, II, [illegible].

consuetudinae scholae scriptoribus aequiparari[1]. Denique Bellaius, qui ergo eum aequiorem sese praebuit quam dici solet[2], eum designare videtur in eo loco quo de poeta quodam natura quidem optime praedito, sed parum erudito, loquitur[3].

Adde quod, praeter hos testes, Maroto ipsi tam parum prudentiae fuit ut dicere aut saltem significare ei acciderit quod in commodius tenere voluisset, nec difficile est intelligere eum non tam eruditum quam optaret sese existimasse. Tectis enim verbis se non plane latinam linguam scire fatetur[4], et queritur, in versibus merito pervulgatis, sibi imperitos fuisse magistros, quorum incuria annis in schola consumptis pejus usus est quam oportuisset.

...C'estoient de grans bestes
Que les regens du temps jadis :
Jamais je n'entre en paradis
S'ilz ne m'ont perdu ma jeunesse ![5]

His versus referens, haud inconsulte asserit *Guiffrey* non defuisse Maroto desiderium, si de doctrina sibi tradita jure querebatur, quo modo tempus, in ea aetate in qua scholam frequentabat, ipse consumpsisset. Ejus enim hoc obversabatur animo, se vitam tunc vixisse nimium levem liberamque. Itaque, in edendis Villonis carminibus, notandos legentibus eos curat versus in quibus miser ille parisiensis clericus exclamat :

Bien sçay se j'eusse estudié
Ou temps de ma jeunesse folle, etc.[6]

Hanc confessionem his tribus verbis commentatur Marotus : « Notés, « jeunes gens ! » Sine dubio, in se haec tam amara verba vertebat ille qui *Magnum Testamentum* condiderat[7].

Ceterum, quibus in locis et quo tempore studiis operam dare potuisset, qui a pueris vagus fuit, qui, quaerendi victus cura cruciatus, varias artes tentavit, et fuit vicissim, cum aetate ad disciplinam esset aptis-

1. « ... Et encore qu'il (Marot) ne fust accompagné de bonnes lettres, ainsi que ceux qui « vindrent après luy, si n'en estoit-il si despourveu qu'il ne les sceut [illegible] » *Rech. de la France*, liv. VII, ch. V.

2. Unde quidem in *Déf. et ill.* reprehenduntur poetae ad Maroti disciplinam [illegible] Rabelaesum [illegible], cujus Bellaius opera quaedam laudavit.

3. « Qu'on ne m'allègue point icy quelques-uns des nostres, qui sans doctrine, [illegible] « [illegible] grand bruit en nostre vulgaire... Je suis bien [illegible] « [illegible] « [illegible] » *Déf. et ill.*, liv. II, ch. III, p. [illegible].

4. [illegible] Metamorphoseon [illegible] libri ad regem [illegible] (*Œuvres*, III, [illegible]) : « [illegible] la gravité des sentences et le plaisir de la « [illegible] si peu que je y comprins [illegible] « [illegible] »

5. *Œuvres*, I, [illegible].

6. *Grand Testament*, XXVI.

7. Guiffrey, III, [illegible].

alumnus, apud judices scriba, in nobili domo assectator, denique miles? Inter haec etiam inquietam agitatamque juvenis agebat, non in manus diligentium peritorumque magistrorum incidit, qui eum antiquas linguas edocerent, sed hominum, quorum disciplina nova est, ei tantum poeticam artem tradiderunt. Maximam patri suo, Joanni, gratiam semper habuit, qui filio, ut ad poesis studium se conferret, stimulos admovebat[1]. Clemens in ecloga quadam narrat quanto amore a bono illo sene fuerit edoctus, ipsumque cum effingit sub imagine veteris pastoris, qui juvenes calamo ludere aut agrestia dicere carmina consuefacit[2], aut cum cum agricola confert qui, decedente die, sub lampade et ante focum cantum aliquem in sturni aut picae memoriam inserere conatur[3]. Quae quidem doctrina, de qua hoc jucundo et ficto modo Marotus nobis loquitur, non in vanum evasit. Patris hujus optimi poemata filius libenter est imitatus[4]; deinde sub pectore fovit et lectitare gavisus est carmina quaedam quae benevolus ille magister imprimis magni ducebat[5]. Non solus tamen Joannes Clementi ut Parnassum ascenderet auxilio fuit; consiliis quoque Jacobi Colini usus est, quem, in ea ecloga de qua supra mentionem fecimus, nomine *Jaquet* designavit[6], et praesertim Joannis *Lemaire de Belges* operibus studuit, cui versificandi modum et flexibiliorem debuit et emendatiorem[7].

His exceptis, nemo scriptorem nostrum instituit, et solus se ipse informasse videtur. Itaque ei accidit quod iis accidere solet qui, debili indole simul et mente divite mobilique praediti, sine prudente magistro scientiam acquirunt. Satis enim est oculos in opera injicere de quibus in suis carminibus locutus est, ut eum temere, sine ullo delectu, sine judi-

1. *Œuvres*, I, 322 sqq.
2. *Ibid.*, I, 40.
3. *Ibid.*, 41: « Le bon vieillard après moy travailloit, | Et à la lampe assez tard me veilloit, | Ainsi que font leurs sansonnets ou pyes | Auprès du feu bergeres accroupies. »
4. [illegible] Cf. d'Héricault, *Œuvres de Cl. Marot*, p. XXXVI, hoc certiores facit primos « rondeaux de Marot » esse « plus hardiz sur l'imitation de son pere que ceux de son plus grand aage ». — [illegible] Clementem [illegible] scriptorem, [illegible]. Quid hic verbis intelligere debeas, exemplo ostendamus :

Pie · vend · rouer
I · vend · d'aage

quod significat : « Un temps viendra rempli d'un souvenir. » Si quidem has nugas (vide *Œuvres*, III, 100) [illegible] patris [illegible] in *La vraye disant advocate des dames*. (Vide Montaiglon, *Recueil des poésies françoises des XVe et XVIe s.*, t. X, p. 256.)
5. [illegible] et Alanum Aurigam laudat (*Œuvres*, II, 30) quos jam laudaverat Joannes (*La vraye disant...*, Montaiglon, op. cit., p. 270) [illegible] J. Marotus [illegible] et Clemens ipse [illegible] patri [illegible] (*Œuvres*, I, 103.)
6. *Ibid.*, I, 42.
7. Narrat Marotus se juvenem [illegible] primam Virgilii eclogam transtulit, et [illegible] : « [illegible] par les couppes feminines que je n'observoys alors, dont Jehan Lemaire de Belges (qui les m'apprint) me reprint. » Préface de l'*Adolescence*, *Œuvres*, IV, 130.

vel doctrinas quam maxime varias congerere persuasum habeat. Unde apparet scientiam ejus mancam esse neque in firmo fundamento residere, et cum plures magisque diversas amplexum esse materias quam si unam universam hauriret. Libros et manuscriptos medii aevi[1] et antiquitatis gravissimos, post [illegible] dubium negligentia perturbit[2]. Praeterea, ingenio acri, sed parum patientiae constantiaeque munitus erat. Itaque animi curiositate tam prompta quam brevi saltatu omnia tentavit, nunc theologiae studiosus, nunc historiis aut [illegible], nunc denique magiae vel necromantiae deditus. Regi etiam confitetur ipse sibi in bibliotheca esse libros de maleficiis aut de religionis disputationibus[3]. Nec laudandus ideo videtur, cum jam legibus et [illegible] libri fabulaeque poenas apprehenderentur. Franciscum igitur non fallebat quod operum genus apud Marotum fuisset inventum, quoque [illegible] non magis ignorabant. Quamobrem Sagontius, pristinum adversarium ignave aggrediens, versus tales facere non dubitavit :

Où n'y a trouvé que des livres tous ords,
Livres meschans, livres remplys d'offense,
Livres gardés contre juste deffense,
Livres traduicts par ung tas de paillards...
Et les vieils estre saisis [illegible],
Fuyant [illegible] d'exercice voluptueux,
Dont les aulcuns te servent pour [illegible]
A fol amour, les aultres pour [illegible]
Ou rompre les cheveux de la foy
L'homme, s'il n'a meilleur esprit que toy[5].

Guiffrey, cujus e libro hos versus exprompsimus, accurate notavit, quanti momenti essent, et ostendit in Maroti bibliotheca, teste malevolo Sagonte, duo librorum genera[7] inesse, eos scilicet qui, a novae religionis sectatoribus scripti, satiras, disputationes de rebus sacris, gallicas Scripturarum translationes[8], et qui cum veteres[9], tum recentioris aetatis[10] commenticias fabulas [illegible]

1. [illegible] Vide *Œuvres*, I, [illegible] ; II, [illegible] et passim.
2. [illegible] (I, [illegible]), de [illegible] (Ibid., [illegible]), de [illegible] (III, [illegible]) [illegible] (*Œuvres choisies de Cl. Marot*, p. [illegible]).
3. « [illegible] » (*Œuvres*, I, [illegible].) [illegible]
4. In bibliotheca [illegible].
5. *Remonstrance faite par Fr. Sagon à l'épistre de Cl. Marot au roy.*
6. T. III [illegible].
7. *Guiffrey* [illegible] bibliotheca [illegible]
8. [illegible] : « Livres traduicts par ung tas de paillards. »
9. In [illegible] « [illegible] de Tibulle ou d'Ovide. »
10. [illegible] XVI[illegible] [illegible] le *Roman de la Rose*, [illegible] — *Cf.* [illegible], *Guiffrey*, II, [illegible].

carmina continebat. Non immerito sane crederes Sagontum eorum hominum librorum notitiam fecisse, qui in omnium existimatione falsi [illegible] debebant. Quapropter ex ejus testimonio nullo pacto interpretari licet quos potissimum Marotus evolverit. Quos autem saepe ipse declaravit, facile illos nobis est in ordine referre. Quod nos ea spe facimus[1] ut ex libris, quorum auctores tam multi sunt quam inter se dissimiles, firmaretur haec nostra opinio, Marotum acri animo ac diligenti omnia arripuisse studia, sed nihil unquam penitus haurire potuisse.

Quamobrem nonnunquam erravit cum de antiquitate locutus est, et operum ipsorum quae transtulit certa cognitione caruit. Etenim quomodo erroribus non fuisset implicatus, qui, rudis admodum graecae linguae, graeca tamen scripta gallice reddebat, cui, in eo labore, alieno auxilio opus erat[2] et prioribus translationibus, saepe ab imperito quodam compositis, fidem adjungebat? Sic, in *Amore fugitivo*, non, ut nonnulli putant[3], Angeli Politiani[4] sed Gellii Bernardini Marmittae[5] translationem secutus est, et, praepostera quadam credulitate, sententiam hujus Marmittae retulit qui *Amorem fugitivum* Luciano, quamvis Moschus illum libellum confecerit, attribuit. In ipsis etiam scribendis translationibus, Marotus crebro quam parum antiquos cognosceret ipse ostendit, et eum nomina hominum locorumque perpetuo commutantem facile videas. Heraclitum « Heracle » appellat[6], et, cum de Hannibale gestas enarrat, asserit ducem illum Carthaginem reliquisse ut in Siciliam se conferret, ubi Caesaraugusta (Saragosse) politus est. Hamilcarem quoque illum Romanorum in animis metum injecisse se putat :

Plus que ceux de Sarragosse peuplée[7].

1. Vide Appendicem I. — In hac indice, [illegible].
2. Secundum Guiffrey (II, 47, not. 1), Marotus auxilium ab Erasmo petivit, cum graeca opera in gallicum sermonem convertere vellet, eumque [illegible] Erasmus adjuvit in [illegible].
3. D'Héricault, *Œuvres de Cl. Marot*, p. 415.
4. Politianus hoc epigramma transtulit, sed de auctore non scripsit. [illegible] « Amor fugitivus a graeco Moschi » — [illegible] Guiffrey (II, 128), [illegible] Politiani [illegible] Œuvres, II, 88.
5. Marmittae translatio, in latina lingua scripta, anno MCCCCXLVII facta est. Vide Guiffrey, II, 200, not. 1.
6. *Les tristes vers de Beroalde*. Œuvres, III, 128.
7. *Jugement de Minos*. Ibid., III, 120.

Praeterea, si Clementi fidem habere velis, Alexander *Libyam* in suam dominationem submisit, Dariumque *Tharaide* vicit, et transiit *Caucasum* ut Indiam peteret, ubi de *Pyrrho* victoriam retulit[1]. Multa alia exempla his adjicere potuimus, sed haec nobis satis esse videntur ut facetum illum poetam haud magis mores et historias quam antiquorum linguas cognovisse ostendamus.

Si quis ex iis, quae supra sunt, concludere vellet nos vitio Maroto vertere quod indoctus fuerit et ideo judicare aliquid de ejus laude detrahendum esse, permultum erraret. In extrema hujus opusculi parte, quid de ea re sit, ut nostra fert opinio, existimandum dicemus. Nunc id tantum argumentis confirmare conati sumus Marotum declarasse merito se eruditi nomen non affectare. Quod nunquam prae se ferre debuisset : ita enim inimicis suis ludibrio sese non praebuisset.

1. *Ibid.*, *ibid.*, 132-3.

II.

DE MAROTI TRANSLATIONIBUS.

Aliquis fortasse iis quae supra diximus objiciet, si Marotus linguas moresque et antiquitatis historiam non penitus cognoverit, aliquandoque de graecis romanisque litteris erraverit, non tamen inde proficisci eum quid in veteribus operibus pulchrum et luculentum sit non intellexisse. Equidem fatemur vitio dari poetis sine acerbitate non posse eos nonnunquam de temporibus et de rebus antiquis in errore versari. Cum enim divino spiritu instincti de praeteritis aetatibus loquuntur, ab iis jure requiras non accuratissimam diligentiam, sed acrem potius descriptionem quae nobis populi cujusdam mores et animum patefaciat. Itaque si Clementem propriam Graecorum Romanorumque indolem plane perpendisse constaret, si artium eorum principia perspexisset et animo comprehendisset, quae ipsi antea reprehendimus minimi esse momenti non negaremus. Sed ita non est, et merito contendere possumus poetam nostrum intelligentiam non habuisse earum rerum quae in prioribus litteris egregiae fuerunt.

Quod tibi in aperto futurum esse confidimus si modo breviter aliquam, minimam quidem, translationum Maroti partem expendere velis.

Quarum aliae ad id tendunt ut sorbonenses doctores irritent[1]; aliae a Clemente scriptae sunt ut opera propagaret, quae jam probabant homines docti[2]; aliae denique (in quibus exempla deligere

1. Marotus duo Erasmi colloquia e latino in sermonem gallicum convertit, quorum altero monachorum ignorantiam, altero ipsam monasticam vituperabat vitam. Praeterea vero translationes Sorbonae doctores aegre tulisse et novae religionis fautorem [illegible] satis superque [illegible].

2. Hic certis significare [illegible] volumus translationes poematum, quae inscribuntur Le triumphe de Pétrarque (Œuvres, III, 140 sqq) et Six sonnets de Pétrarque sur la mort de sa dame Laure (ibid., ibid., 188). Hic italicus poeta, priore XVI saeculi parte, [illegible] maximus fuit, eumque imitati sunt multi. [illegible] J. Bellay [illegible] « de Pétrarque [illegible] ». Majores nostri, inquit, [illegible] « pour ne point Pétrarque s'approuvant ». (Œuvres choisies, p. 380.)

melius erit) sine ullo utilitatis respectu confectae fuerunt, nullaque ex alia causa quam quod iis maximam laudem adipisci posse Marotus existimabat. Inter quas, unam tantummodo et alteram breviter nunc inspicere constituimus.

A *Minois Judicio* principium sit, in quo Luciani verba non transtulit solum, verum etiam longius explicavit Clemens. Apud graecum enim scriptorem dialogus ad hunc modum incipit :

« *Alexander*. — Me par est praeponi tibi, Afer ; melior enim sum.

« *Hannibal*. — Neutiquam ; verum me.

« *Alex*. — Ergo Minos causam disceptet.

« *Minos*. — Quinam estis[1] ? »

Quid de his paucis verbis apud gallicum poetam evenit ?

Altius exaggeratas duorum heroum et Inferorum judicis orationes audiamus :

ALEXANDRE.

O Annibal, *mon hault cueur magnanime*
Ne peult souffrir que *par gloire sublime*
Vueilles marcher par devant mes charrois,
Quand a honneur et triumphans arroys[2] ;
Car seulement aucun ne doit en riens
Accomparer ses faictz d'armes aux miens,
Ains comme nulz il est decent de les taire
Entre les preux.

ANNIBAL.

Je soustien le contraire,
Et m'en rapporte a Minos, l'un des Dieux,
Juge infernal commis en ces bas lieux
A soustenir le glaive de justice,
Dont fault que droict avec raison juste yssë
Pour un chascun.

MINOS.

Or me dictes, *seigneurs*,
Qui estes-vous, qui touchant haults honneurs
Querez avoir l'un sur l'autre advantage ?[3]

Horum locorum comparatione apertum fit quo amplificandi modo Marotus usus sit, et jam nunc dicemus eadem via ac ratione carmen totum ab illo fuisse compositum. Impeditam verbosamque orationem Scipioni affinxit qui, apud graecum scriptorem, perpaucis utitur verbis, et Minoi quoque, qui in Luciani dialogo brevem admodum sententiam profert, nescio quod longum ambitiosumque accommodavit judicium,

1. *Luciani opera* (Dindorf, p. 98.)
2. Hi versus, [illegible] Cf. [illegible] « ALEXANDRE. — ...Minos, [illegible] | Tu doibs [illegible] | [illegible] plus grant, | *Ne qui [illegible] pareil ou egal.* »
3. *Œuvres*, III, 126-7.

aliorum praeceptis permixtum. Studuisse enim videtur Marotus ut quae verteret alienis verbis amplificaret, gravaretque et ornaret. Nec alio pacto hanc Alexandri sententiam « Ego regnans diem obii ; hicce, patria extor« ris, apud Prusiam Bithynum, ut dignum erat frauduleutissimo crudelissimoque homine[1] » versibus inani profusione redundantibus reddit :

Si fus en mort maintenant en forbande,
Quand, par despit de vivre au mortel monde,
[illegible]
En avallant [illegible][2]

Praeterea perspicuum est nihil Clementi antiquius fuisse quam ut urbane disputaret et hujus fabulae personis sermonem daret egregie factis regnique majestati congruentem. Erat enim oblitus, aut fortasse ignorabat, Lucianum ipsum, Mercurii voce, in alio dialogo commendasse homines nudos in Inferos intraturos, speciemque, et divitias, et eloquentiam, et victoriarum tropaea in atri fluminis ripa esse depositurus[3]. Nam umbrarum maxime in regno omnia omnibus paria esse debent.

Duo vitia, quae in hac translatione notamus (incongruens urbanitas et immodicus verborum tumor), satis ostendunt poetam peculiarem Graecorum indolem parum intellexisse. Nec mirum, cum ille vir et optimatibus adulari et principes itaque proximos velut ex hominum numero eductos habere soleret[4]. Veri igitur est simile eum libertate sermonis offensum esse, quae in graecis orationibus effulget. Legentes sine dubio laedere credidisset si, quamvis Luciani auctoritate tectus, in libellum suum regem produxisset contumeliosis verbis laesum. Quae sententia minus ei quam temporibus illis tribuenda est[5]. Manifestum tamen est samosatensis rhetoris dialogum, ob hanc utique propositam urbanitatem, omnino esse deformatum.

Adde quod, cum inflatos verborum circuitus, ampullasque et ambitiosas similitudines Luciani opusculo adderet, se minime Graecorum eloquentiam laudare inscius declaravit. Quid valeret enim oratio illa tam simplex puraque, omni ornamento, tanquam inani veste, abjecto, eoque semper tendens quo tendit sententia, nullo modo percepit, nec scriptores illos « tenues et lucidos et significantes et « quadam eloquentiae frugalitate contentos ac semper manum intra

1. *Luciani opera*, p. [illegible].
2. *Œuvres*, III, 131.
3. *Luciani opera*, Dial. X, p. [illegible] — [illegible]
« [illegible] »
4. [illegible]
5. [illegible]

« pallium continentes[1] » imitari potuit. Quinimmo ad sanam undamque exemplaris brevitatem eo magis se accommodare debuit quod nempe de familiari dialogo, non de grandiloqua eloquentia, agebatur. Non alia causa erravit Marotus quam quod diu Galli putaverunt sapientes heroasque Graeciae augustos gravesque fuisse semper[2], qui re vera eo magis mirandi erant quod doctrinarum sublimitas vitaeque decus sermonis et morum simplicitati minime obstabant. Quod cum ignoraret, quemadmodum Luciani dialogum, ita quidquid e graeca lingua in gallicam vertere voluit imperite explicavit.

Statim necesse est dicamus conatum ejus, aliis ex causis quas unde breviter explanabimus, nequaquam felicius, cum latina verteret opera, evasisse. A duabus fabulis e *Metamorphoseon* libris expromptis exempla petemus, quarum in priore narrat quomodo Daphne in laurum mutata sit, et in posteriore Callistus aerumnas persequitur. Nec tibi ignorandum vitia quae in his carminibus notaverimus eadem in omnibus quae sive ex Ovidio sive e Vergilio transtulit semper esse invenienda.

Inconsulte primum, et id certe molestum et intempestivum judicabis, versibus decem pedum hexametros latinos reddere voluit[3]. Hi sane proeliis heroumque egregie factis, aut conspicuis elatisque sententiis, aut describendae naturae congruunt. Illi vero magis narratiunculis quam epico carmini apti sunt, et multum insuper abest ut illo praestanti gravique numero induantur, quo tanta vis tantaque majestas vergilianis versibus adjicitur. Herous denique versus persaepe intra suos fines integrum amplectitur sensum, et ad sententias exprimendas maximi est momenti, quod alteri non datur.

Nonnulla si exempla volueris, concinnus ille versus in quo Apollo queritur se, medicinae parentem, implicitum amore non posse sanari,

Nec prosunt domino, quae prosunt omnibus artes,[4]

nonne his ejusdem dei verbis est anteponendus :

..... les arts qui un chascun conservent
A leur seigneur ne prouffitent ne servent ? [5]

Quis non intelligit quantum distent Nasonis versus in quibus Latonae filius Daphnen subito in laurum mutatam amplectitur,

Sentit adhuc trepidare novo sub cortice pectus[6],

1. *Inst. orat.*, XII, 10, 21. — Quintiliano judice, non sunt qui Atticorum solas virtutes, sed praecipuas.
2. « On ne s'imagine Platon et Aristote qu'avec de grandes robes de pédants. C'étaient des « gens honnêtes et comme les autres, riant avec leurs amis. » Pascal. *Pensées*, VI, 37.
3. Ronsardus, cui infelix Maroti exemplum prodesse debuisset, non minus erravit in scribendo poemate suo, *la Franciade*.
4. *Metamorphoseon* lib. I, 524.
5. *Œuvres*, III, 195.
6. *Met.*, I, 554.

ab his :

> Encor sentoit le cueur de la pucelle
> Se debatant soubz l'escorce nouvelle[1] ?

Quid dicam de hujus numerosi absolutique versus comparatione

> Oscula dat ligno ; refugit tamen oscula lignum[2],

cum hoc satis aspero disticho :

> Il baise l'arbre, et tout ce nonobstant,
> A ses baisers l'arbre va resistant[3] ?

Necesse plerumque est ut duobus versibus ad unum Ovidii reddendum Marotus utatur ; itaque latino poetae dicenti :

> Heu ! quam difficile est crimen non prodere vultu[4] !

respondere gallicus debet :

> O combien est malaisé qu'on ne face
> Congnoistre aux gens son crime par la face[5] !

Alia atque alia exempla dare potuimus ; sed quid plura ? Jam enim legentes, ex iis quae afferimus, majestatem canorumque hexametri latini numerum scriptorem nostrum non reddidisse profecto intellexerunt[6].

Praeterea cum eumdem in cadendo sonum referre necesse esset, supervacuis verbis orationem suam Clemens cumulare coactus fuit. Quamobrem translata carmina, longioribus adverbiis et [illegible] epithetis inquinata, exemplari nunquam paria sunt. — Ovidius de Daphne dicit :

> Nec quid Hymen, quid Amor, quid sint connubia curat[7].

Alter autem :

> Et ne luy chault [illegible] que c'est de [illegible],
> *Ne aussi d'un tas d'amoureux [illegible]*[8].

1. Œuvres, III, 187.
2. Met., I, 556.
3. Œuvres, III, 187.
4. Met., II, 447.
5. Œuvres, III, 214.
6. Cum Clemens Vergilii carmina transferre aggreditur, [illegible] « Et jam summa procul villarum culmina fumant, | Majoresque cadunt altis de montibus umbrae. » (Ecl., I, 83-4.) Quos ita vertit Clemens : « [illegible] » (Œuvres, III, 179.) [illegible] — [illegible] Sic Tityri ad Meliboeum verba : « [illegible] » (Ecl., I, 80-82) [illegible] (Les dernières poésies de Marg. de Nav., p. [illegible]) [illegible]
7. Met., I, 480.
8. Œuvres, III, 185.

Apud Ovidium, Daphne, cum de connubio sermo est, rubere coepit :

Illa, velut crimen, taedas exosa jugales,
Pulchra verecundo suffunditur ora rubore[1]

at in gallico carmine leges :

Elle, abhorrant mariage aussi fort
Que si ce fust un crime *vil et ord*,
Entremesloit parmi sa face *blonde*
Une rougeur *honteuse* et vermeillonde[2].

Metamorphoseon poeta nympham peneiam ab Apolline profugientem ut « agnam a lupo », ut « cervam a leone » nobis ostendit[3] ; qua de re statim haec scripsit Marotus :

. . . . Ainsi la brebiette
S'enfuyt du loup, et la biche *foiblette*
Du *fort* lyon[4]. . . . .

Si duos paulo ampliores locos conferre velis, hos praesertim legere poteris :

Vix prece finita, torpor gravis alligat artus,
Mollia cinguntur tenui praecordia libro ;
In frondem crines, in ramos brachia crescunt ;
Pes, modo tam velox, pigris radicibus haeret ;
Ora cacumen obit ; remanet nitor unus in illa[5].

Ceste priere ainsi finie à peine,
Grand pasmeyson luy surprend membre *et veine* ;
De son cueur fut la subtile toilette
Tournée en tendre escorce *verdelette* ;
En fueilles lors croissent ses cheveulx *beaulx*,
Et ses *deux* bras en branches et rameaulx ;
Le pied qui fut tant prompt *avec la plante*
En tige morne *et racine* se plante.
D'un arbre *entier* son chef la haulteur a,
Et sa verdeur (sans plus) luy demoura[6].

Omnia conferre oporteret, sed hoc unum scire satis sit Ovidii Vergiliique versus isto modo semper a Maroto verti solere.

Denique fateri necesse est eum dignitatem gravitatemque latinorum operum plerumque non sensisse. Nescimus enim quo fato, quemadmodum in graeco vertendo sermone grandior, sic in latino nimium humilis fuerit. Attamen neminem fugit quantum romanorum poetarum oratio, qui hexametro utuntur, alta constantique eloquentia et diligenti ornatissimorum verborum delectu praestare

1. *Met.*, I, 483-4.
2. *Œuvres*, III, 180.
3. *Met.*, I, 505.
4. *Œuvres*, III, 181.
5. *Met.*, I, 548 sqq.
6. *Œuvres*, III, 187.

videant. Apud quos, quamvis communis interdum vulgarisque sententia sit, tamen oratio perpolita manet elegantiamque servat. Marotus vero Aeneidos et Metamorphoseon sententiis saepius suum dicendi genus, simplex quidem, fusumque, expeditumque et facile currens, certe laudandum, fervidum vehemensque non fucatum, sed amplitudine et majestate carens, accommodavit[1]. Legamus, exempli causa, hunc Ovidii locum in quo Juno, aegre ferens se a Jove delusam et gravidam esse Callisto, exclamat, illam compellans :

> « Scilicet hoc unum restabat, adultera, dixit,
> Ut fecunda fores, fieretque injuria partu
> Nota, Jovisque mei testatum dedecus esset.
> Haud impune feres. Adimam tibi nempe figuram,
> Qua tibi, quaque places nostro, importuna, marito[2]. »

Quae verba, furiose quidem, modice tamen dicta, sic gallicus scriptor reddit :

> . . . . « Adultere villaine,
> Encor falloit qu'eusses la panse plaine.
> . . . .
> Mais impunie ce ne te laisseray,
> Car pour jamais ta forme effaceray,
> Qui trop te plaist, et qui trop fut prisée
> De mon mary, paillarde mal advisée[3]. »

Non deam, sed mulierem aliquam de plebecula audimus, virus evomentem acerbitatis suae. Jam vero non ignoras Jovis uxorem, ut de Callisto poenas peteret, irruisse nymphamque, correptis crinibus, stravisse :

> . . . . adversam prensis a fronte capillis,
> Stravit humi pronam[4] . . . .

Misera autem puella in ursae formam subito mutatur, formosumque os nescio quid fit horrendum :

> . . . . laudataque quondam
> Ora Jovi lato fieri deformia rictu[5].

Hanc calamitatem Clemens dissimiliter enarrat :

> Ces motz finis, de main cruelle et forte
> La prend au poil . . . .
> . . . .
> Sa bouche aussi, que le plus grand des Dieux
> Baisa jadis, changea sa belle forme
> *En gueulle grand, rechinée et difforme*[6].

1. [illegible] in translatione Clementis interdum latinae [illegible] diligentiam [illegible]. Sic, cum narrat Dianae nymphas silvam, in qua deprehensa est, [illegible], idque hoc versu : « En haute prist la forest ... » [illegible] (*Œuvres*, III, 254), manifestum est eum Ovidii verba « nemus silva » magna vi referre (*Met.*, II, 420), sed [illegible] in Nasonis poemate sit.
2. *Met.*, II, 471 sqq.
3. *Œuvres*, III, 256.
4. *Met.*, II, 476-7.
5. *Ibid.*, II, 480-1.
6. *Œuvres*, III, 256.

Si eorum quae diximus summam facere velis, videbitur Marotus, cum opera eligeret quae vertere vellet, non satis diu cogitasse « quid valerent « humeri, quid ferre recusarent ». Ea tantum exemplaria aggredi debuit quae sibi paria erant. At contra, miro quodam importunoque consilio, levi et jocoso et facili ingenio praeditus, Ovidii suavitatem artemque veteratoriam, vel etiam grave grandeque Vergilii ingenium adaequare conatus est[1]. Quo quidem errore res male cessura erat, neque aliter cessit. Sed cum Marotus tam sapiens fuit — idque raro factum est — ut scriptores sequeretur quibus similis et, ut ita dicamus, ingenio germanus erat, incepta felicius admodum perfecit. Nec alio pacto multa epigrammata ab eo translata, si ea cum Martialis epigrammatibus conferas, non modo paria[2], verum etiam exemplaribus meliora videntur[3]. Nonnunquam enim ei contingit ut novos exemplari addat igniculos, et subtili judicio praeclaraque satirici generis scientia magnopere adjutus, inveniat quomodo, orationi multa adhibens acumina salesque facetissimos, gallice dicat quod Martialis latine dixerat. Ejus argutias versiculosque tam alacres tamque aculeatos ultro quidem miraberis ; sed non fieri potest quin exclames : cur, di boni ! talis ille vir tantum sibi sumpsit ut Vergilii vestigia sequeretur et orationes simul sancti Pauli meditationesque regis prophetae transferret !

Haec sunt quae de Maroti translationibus dicere debuimus. Ne quis nos reprehendat quod, in his scribendis, a proposito aberraverimus.

1. Nominatim Marotum praecipue vituperat Bellaius, cum in eos incurrit qui « traduisent à credit « les langues, dont jamais ils n'ont entendu les premiers elements, comme l'hebraïque et la « grecque »? Id praesertim vitio vertit his audacibus ignarisque scriptoribus quod poetas attingant, quorum carmina nemo unquam transferre conari deberet, « à cause de cette divi- « nité d'invention qu'ils ont plus que les autres, de cette grandeur de stile, magnificence de « mots, gravité de sentences, audace et varieté de figures, et mille autres lumieres de poesie. » (*Déf. et ill.*, p. 15 des *Œuvres choisies*.)

2. Maroti epigrammata 198, 233, 231, 238 eadem Martialis mire referunt (lib. V, ep. 57; III, 26; II, 67; VII, 14.) — Epigramma autem 230, *De la chienne de la Royne Eléonor*, non solum carmini *De catella Publii* (I, 110) par est, sed etiam fere omnibus poematis [illegible] quibus XVIe saeculi poetae catellas, sive [illegible], sive [illegible] delicias, celebravere. Vide *La premiere epistre de l'amant verd* Joannis Lemaire de Belges (*Œuvres*, III, 3 sqq.); *L'epitaphe de la belette d'une damoiselle* Mellini Sangelasii (*Œuvres*, I, [illegible]); *L'epitaphe d'un petit chien* et *L'epitaphe d'un chat* Joannis Bellaii (*Œuvres*, p. 298 sqq.)

3. Nonnunquam poeta noster Martialis vituperationibus aliquid, sive apud eum [illegible] sunt, sive latius patent, adjicit, itaque erga homines [illegible]. Sic quod antiquus auctor de [illegible] avaritia (I, 99) satis frigide scripsit, idem [illegible] commendat, qui apud [illegible] eadem [illegible] dicit, et [illegible] epigramma [illegible] (*Epigr.*, 235; *Œuvres*, III, 96). In sequenti carmine (*Ibid.*, *ibid.*, 96), Fannius quidam [Mart., XI, 64] in presbyterum vertitur. Quod si vis id tibi plane comprobari, Marotum [illegible] exemplari praestitisse, versus ejus *D'une vieille ridée* (*Œuvres*, III, 108) cum Martialis carmine ad [illegible] (I, [illegible]) confer. — Hos denique duos locos memorabiles, quibus [illegible] — quantum [illegible] poetae praecellat Marotus [illegible] : « Nubere Paula cupit nobis, ego ducere Paulam | Nolo : anus est. Vellem, si magis esset « anus. » (X, 8.) « Pauline est riche et me veult bien | Pour mary : je n'en feray rien, | « Car tant vieille est que j'en ay honte. | S'elle estoit plus vieille d'un tiers, | Je la prendrois « plus voulentiers, | *Car la despesche en seroit prompte.* » (*Œuvres*, III, 106.)

Cum enim nobis destinatum sit inquirere, in hoc libello, quid vir ille inclytus a prioribus mutuatus sit, et quonam modo materiis, quas legendo invenerat, usus sit, minime nobis licuit ea opera omittere, quae in linguam suam transtulit. Quantacumque sint eorum vitia, iis edocemur et quomodo antiquos libros intelligeret, et quanto quorumdam graecorum romanorumque scriptorum studio teneretur. Sic praenoscemus etiam quibus e fontibus libentissime saepissimeque hauserit, cum alienis opibus sua opera adornare voluit, ut melius, nisi fallimur, parati simus ut propositi caput aggrediamur, scilicet ut e propriis Maroti carminibus locos expediamus in quibus seu Graeciae Romaeque, seu veterum Galliae poetarum meminisse videtur.

III.

DE NONNULLIS MAROTI CARMINIBUS, IN QUIBUS CUM ANTIQUOS, TUM MEDII AEVI SCRIPTORES SIMUL IMITATUS EST.

Hoc non sine causa vulgo dicitur *naturam saltus non facere*. Omnis enim mutatio e quadam causarum serie manat, et, inter duos vel animantium vel rerum habitus, interpositi alii sunt habitus, idque in litteris sicut in omni re oculis patet. Neque errores uno eodemque tempore exstinguuntur, neque subito singulisque diebus ad meliora tendunt homines. Inter duas *scholas* igitur, omnino inter se discrepantes, necesse est vel tertia vel plures intercurrant, quae partim praeteriti temporis, partim futuri studia sequantur.

Illa morum artiumque commutatio, qua tanta gloria XVI° saeculo est addita, non brevi tempore absoluta fuit. Antequam integram summamque victoriam ii referrent, qui nova tradebant de litteris praecepta, eorum sententias disciplinamque multi — et quali supercilio ! — vituperavere. Marotus vero minus audax fuit quam Ronsardus Bellaiusque, sed ex eo solum quod ante hos natus erat[1], et illo tempore vivebat quo renovari litterae nequibant, nisi multa removebantur, quae tunc etiam obstabant. Constat tamen neminem alium viris, qui postea floruerunt, majus tulisse auxilium. Nec mirum sane est eum minus e praeteritorum saeculorum doctrina sese expediisse, et scriptoribus aliqua ex parte fidum permansisse, qui, cum adulescens esset, jam illustres erant, aut antiquioribus, quos pater magistrique tanquam praeclara ingenia collaudaverant. Itaque, ut saepe notatum est, duo sunt in uno illo viri. Novas enim quaesivit vias et in renovanda veterum opera incumbere voluit, sed gallicos tamen superioris aetatis auctores non contempsit. Manum alteram, ut ita dicamus, submissis porrigit jocosisque poetis qui

1. [illegible] quam imprimeret. Mortuus enim est anno MDXLIV. *La Défense et Ill. de la langue fr.* edita autem est anno MDXLIX, mense februario, et prima Ronsardi carmina anno sequenti.

antiquum aevum illustravere, alteram autem iis hominibus divino spiritu concitatis, a quibus mirum exordium nostrae litterae ceperunt.

Quae cum ita sint, facile conjicere poteris qualis hujus libelli ordo futurus sit. Ronsardi veluti praevius, Clemens ex graeco latinoque fonte hausit; Villonis Joannisque de Magduno discipulus, medii aevi opera imitatus est. Inde fit ut, quemadmodum ille a duplici fonte praecipua mutuatus est, sic hoc nostrum opusculum in duas praecipuas partes dividendum sit.

Attamen accurate notandum est hos ingenii ejus mores non semper in carminibus, quae ex illo habemus, discerni posse, temerariumque esset asseverare omnia ejus poemata in ea, quam fecimus, distributione locum plane habere. Multum abest ut ita sit. Non enim hodie veteres, cras medii aevi scriptores imitabatur. Hoc duplex studium saepe in uno eodemque carmine patet. Apud Marotum igitur multos invenies locos, in quibus apparent et priscorum Galliae poetarum amor et cupido illas renovandi sententias, quae in antiquis sermonibus reperiuntur.

Itaque ante omnia decet nos paucis verbis ostendere ubi et quomodo Marotus e duobus simul fontibus illis hauserit, et breviter loqui de iis operibus, quae in una aut altera hujus libelli parte complecti non possumus, quod ad utrumque attinent.

Et primum manifestum est Clementem, etiam cum Graecorum Romanorumque vestigiis ingressus est, medii aevi poetis fidem in versificando praestitisse. Multi versus occurrunt, quibus non modo Joannis *Lemaire de Belges*[1], sed etiam G. Cretini « au vers equivoque »[2] discipulus declaratur. Quocum stolidis artibus usus, eadem littera omnia versus verba incipit[3], easdem in alio sensu syllabas adhibet[4], facete miscet asperos insolitosque sonos[5], litteris versum inchoat quibus antecedens clauditur[6], duo consonantia inter se verba jungit[7], aut denique similiter desinentia et ambigue dicta refert[8]. Non minus igitur

1. Vide supra, p. 11, n. 7.
2. *Œuvres*, II, 270.
3. « *Triste, transy, tout* [illegible] » (*Ibid.*, I, [illegible]) — Cf. *Lemaire de Belges*: « [illegible] » (*Œuvres*, III, [illegible].)
4. « [illegible] » (*Œuvres*, I, [illegible]) — Cf. *ibid.*, [illegible], et Lemaire de Belges (*Œuvres*, III, [illegible]) « [illegible] »
5. [illegible] (*Ibid.*, XI, [illegible]; *Œuvres*, II, [illegible]) « [illegible] »
6. « [illegible] » (*Ibid.*, *ibid.*, II, 175.)
7. « [illegible] » (*Ibid.*, *ibid.*, II, 178.)
8. Vide *Œuvres*, I, 6, 18, [illegible], 114, 130, 137, 147, [illegible]; II, [illegible]; III, [illegible]. — *Lemaire de Belges* [illegible] *Œuvres*, III, 126, 128, 133, 134, [illegible] et passim.

hac praepostera affectatione quam constanti voluntate nullos fermè hexametros scribendi fit ut, quod ad formam pertinet, nostri poetae opera potius versificatorum XV[i] saeculi quam Homeri Vergiliique memoriam redintegrent.

Si nunc « genera » recenses, quae praesertim Marotus coluit, horum videbis alia in Graecia Romaeque fuisse cognita, alia vero apud nos, ante Francisci prioris regnum, floruisse. Sic ille tractavit et quaedam « genera » quae Bellaius in Galliam introduci volebat, et nonnulla eorum quae vir ille diu bene successisse querebatur. Clemens quae commendabit Bellaius anticipat, cum eclogas[1], epistulas[2], elegias[3], epigrammata[4] et *sonnets*[5] scribit, sed a Ronsardi amicis merito discrepare videtur, quod multas carminum formas tentavit (mimos, cantilenas[6], *rondeaux*, *ballades*, *coq-à-l'âne*[7]), quas hi insulsas, immo ridiculas profitebantur.

Praeterea, saepius fit ut quoddam Maroti poema, quod, inter elegias admissum, ad antiquum ingenium referri posse credas, medii aevi litteris penitus imbuatur, et, versa vice, Graecorum Latinorumve imitationem in versibus recognoscas, qui dispositione rerum priscis « generibus » gallicis minime sunt dissimiles.

Sic, non semper quidem sed frequenter, inter Clementis et Tibulli aut Propertii elegias nihil paene, quod conferendum sit, reperitur. Quod Marotus elegiam appellat iis carminibus, quae XIII[i] saeculi « trovatores » *chansons* vocabant, multas ob causas respondet. Sciunt enim omnes illius aetatis lyricos communes quosdam locos utique decantavisse, et nescio quam amoris rationem sibi finxisse parum adeo reconditam ut eam perpaucis verbis complecti possis. Nam is, qui amat, nunquam non infelix, miseram dolet sortem suam, sive *domina* eum audire recusat, sive laetitia ejus, quotiescumque auditur, turbatur a procacibus, astutis et gloriosis hominibus, qui *losengiers*, id est laudatores, nuncupantur. Illi et amicum et amicam vituperare gaudent,

1. « Chante-moy d'une musette bien resonnante et d'une fluste bien jointe ces plaisantes « eclogues... à l'exemple de Theocrite et de Virgile. » *Défense et ill.* (*Œuvres choisies*, p. 19).

2. Fatendum [illegible] Maroti epistulas a Bellaio non omnino esse probatas. Itaque, quamvis hoc carminis genus antiquum sit, id non vehementer commendat, quod [illegible] dilatare, ut [illegible], non potest.

3. « Distile, avec un stile coulant et non scabreux, ces pitoyables elegies, à l'exemple d'un « Ovide, d'un Tibulle et d'un Properce. » *Ibid.*, p. 38.

4. « Jette-toy à ces plaisans epigrammes, non point comme font aujourd'huy un tas de fai- « seurs de comptes nouveaux, (Ea verba non ad Marotum, sed ad ejus discipulos pertinebant) « ... mais à l'imitation d'un Martial. » *Ibid.*, *ibid.*

5. « Sonne-moy ces beaux sonnets, non moins docte que plaisante invention italienne. » *Ibid.*, p. 39. — Memento Marotum de Petrarca locutum dixisse : « Dont, si je suis son disciple « estimé... » *Œuvres*, III, 27.

6. « ... Puis me laisse toutes ces vieilles poësies françoises aux jeux Floraux de Tholose et « au Puy de Rouen : comme rondeaux, *ballades*, vyrelais, chants royaux, *chansons* et autres « telles episseries. » (*Défense et ill.*, p. 38.)

7. Ad satiram [illegible] parum hortatur Bellaius, sed quod inepte appellatum esse dicit coq-à-l'âne magnopere prohibet. — *Ibid.*, p. 39.

et quidquid uterque agat explorant, neque eos mutuum amorem quiete fovere patiuntur[1]. In permultis lyricis carminibus producitur haec maledicentis persona, neque nimium faciemus si eam unumquemque amantem necessario comitari dixerimus. Si nunc Maroti elegias evolveris, videbis, apud eum, illum obtrectatorem saepe in scaenam prodire. Adulescentulis omnibus istiusmodi homines esse reformidandos monebat Clemens[2], seque horum venenatis linguis fuisse offensum effingit. Queritur

Du mal parlant qui trop se monstra lourd[3],

et amicam consolatur in quam malevoli invecti erant, cui, si minus formosa minusque honesta fuisset, magis pepercissent[4]. Carmine in alio, mulier quaedam improbos exsecratur, eorumque falsis et infestis narrationibus integerrimum quemque opprimi obruique declarat :

— En palais, grans villes et chasteaux,
Foy n'y est veue, langues y sont cousteaux
Par trop mesdire[5].

Neque hoc tantum Maroti elegiae medii aevi carminibus sunt similia. Nonnunquam enim in scaenam a Clemente inducitur miserae uxoris persona[6], neque ignoras quoties « trovatores » feminas induxerint de suis in conjugio doloribus querentes[7]. Quod ad ipsum dicendi genus attinet, ea scriptoris nostri poemata referunt *le Roman de la Rose* illumque sermonem, quo, sancti Ludovici temporibus, poetae utebantur, cum de amore loquebantur. Sic Marotus nomine « du faulx traistre Dangier » omnia significat quae suo amori obstabant[8], atque in eodem sensu quo Navarrae rex aut *Gace Brulé* verbis *pitié*, *mercí* aliisque utitur[9].

Itaque qui elegias evolvit, ratus esse jamjam lecturum opus quod antiquitatem redoleat, non parum mirabitur multa in iis exprimi, quae Galliae lyrici tractare solebant.

At contra apud Marotum poemata sunt, quae, a medii aevi scriptoribus aperte sumpta, nihilominus antiquis litteris similia quaedam plane afferunt. — Exemplo utemur historia Maguelonnae et amici ejus,

1. Vide A. Jeanroy, *De nostratibus medii aevi poetis qui primum lyrica Aquitaniae carmina imitati sint*, p. 24 sqq. — De laudatoris persona, cf. ibid., p. 41-2.
2. *Œuvres*, II, 55.
3. *Ibid.*, 47.
4. *Ibid.*, 45.
5. *Ibid.*, 49. — De [illegible], cf. etiam *ibid.*, 113, rondeau 45.
6. *Élégie* XX, *ibid.*, II, 40 sqq. — Confer rondeau 20, *ibid.*, 161.
7. Vide Bartsch, *Rom. u. Past.* et Jeanroy, *Origines*.
8. *Œuvres*, II, 21-22, 35, 39, 46. — [illegible] *Dangier* [illegible] *Ibid.*, III, 277.
9. *Ibid.*, II, 19, 26. — Cf. *ibid.*, 179-80, *chanson* IX.

Petri Provincialis. Verisimile est eam prorsus veterem esse[1] et haud semel prius fuisse renovatam[2] quam suam ex parte facere Marotus statuerit. Illi placuit hanc fabulam in epistulam mutare et Maguelonnae litteras ad Petrum missas oculis exponere, quamvis ab hoc incepto deterreri debuisset[3], cum singula quaedam exinita et ad narrationem accommodata necessaria in epistula inepta fore viderentur[4]. Quaerenti cur Clemens hanc larvam mutationem fecerit, facilis responsio. Ovidii *Heroidas* legerat et eo opere tam pulido captus[5], scribere et ipse epistulam voluit his similem quas sulmonensis vates reliquerat. Hic igitur plane deprehenduntur gemina studia quae in Clemente valuerunt. Namque, ut cum Nasone contendat, a gallicis narratoribus arma petit, et manifesto (quamvis exemplaris in patrio sermone scripti nativam simplicitatem sequatur) latinos graecosque versus recordatur, in quibus derelictae mulieres, tristitia insignes, Ariadna scilicet et Dido, miserabiles querelas effundunt, et amorem sortemque simul dira exsecratione prosequuntur. Amicam Petri igitur Aeneae amicae comparat[6], necnon Medeae Jasonisque[7], Thisbesque et Pyrami[8] infortunia commemorat, et, Graecorum fabulas continuo secutus, Helenae pulchritudinem de Maguelonnae forma loquens, laudibus extollit[9], saepiusque « Cupidinem » pro amore, « Phoebum » pro sole et « Atropon » pro morte dicit[10]. Quid multa? Antiquis ornamentis, quantum potuit, hanc recentiorem materiem induit et decoravit. Sic, in sua epistula, duo cultu et humanitate diversa tempora, multasque regiones, fabulasque origine longe dissimiles, verba denique e variis linguis exprompta, et ideo inter se parum consentanea, confudit et permiscuit.

Jam vero quis non intelligit commixta quoque esse tempora in hac

1. *Romania*, XVIII, 510.
2. Legimus enim (Cf. *Guiffrey*, III, 6) in inscriptione hujus libelli : « *Et fut mis en cestuy* « *langaige l'an mil CCCC lij.* » Marotus ipse nos docet [illegible] fabulam [illegible] apud populum valere : « La belle lettre de Maguelonne | [illegible] » (*Œuvres*, I, 282.)
3. [illegible]
4. [illegible] *Guiffrey* (*op. cit.*, III, 9-10) [illegible] (*Œuvres*, I, 126.)
5. [illegible] — [illegible] *P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon libros* [illegible]
6. *Œuvres*, I, 128. — [illegible]
7. *Ibid.*, I, 130 et 131. — [illegible] *Guiffrey*, III, 13.
8. *Œuvres*, I, 132.
9. *Ibid.*, *ibid.*, 128-9.
10. *Ibid.*, *ibid.*, 128-9, 133.

singulari Maroti carminis inspexisse inscriptionem : « Eglogue au Roy soubz « les noms de Pan et Robin[1] » ? Nemini, nisi studiosissimo antiquarum eclogarum homini, succurrere poterat Franciscum priorem designare dei nomine qui calamos monstravisse, necnon et pastores pecudes curare a Vergilio refertur[2]. Nonne contra Robini nomine in memoriam statim occurrunt omnia agrestia poemata, medio aevo composita, quorum Robinus et ejus amica Marion praecipuae personae sunt ?[3]

Sed Clementis opus illud imprimis notatione dignum est, quod inscribitur « Le Despourveu à Madame la duchesse d'Alençon ». Hic, poeta noster, ut olim Guillelmus Lorriacensis, narrat sibi per somnium visa esse duo simulacra[4], quorum altero ad versus suavi Gallorum regis faciendos impellebatur, altero ne id onus sibi imponeret deterrebatur. Haec narratio haud dubiam cum *Roman de la Rose* similitudinem ostendit. *Scriptor* enim quaerit utrum necne epistolam nobili dominae Margaritae mittere audeat, excitatus a bono sene, nomine *Bon Espoir*, et a mala turpique muliere, nomine *Crainte*, revocatus, non secus atque Amans, quem Guillelmus in scenam induxit, ad Rosam a *Bel Acueil* impulsus a foedo *Dangier* expellitur. Quibusdam in locis, perspicua est haec praeclari XIII saeculi libri imitatio[5], sed, in aliis versibus, (et nunc ad antiquos redimus) Aurorae clarum Phoebum praenuntiantis[6], triumque dearum, — Veneris scilicet Palladisque et Junonis, — quibus Margarita confertur, denique Mercurii mentio fit[7]. Nonne mirum admodum est deum videre caduciferum consilia cum *Bon Espoir* consociantem Marotoque suadentem ne *Formidinis* monitionibus aures praebeat ? Atque, in hoc singulari sermone, nonne credimus audire graecos romanosque vates et veteres Galliae poetas inter se colloquentes ?

1. *Ibid.*, 39 sqq.

2. « Pan primus calamos cera conjungere plures | Instituit : Pan curat oves oviumque magistros. » *Ecl.* II, 32-3. — Cf. Œuvres, I, 41 : « Pan (disoit-il), c'est le Dieu triomphant | « Sur les pasteurs [illegible] | [illegible] — [illegible] *Complainte sur le trespas du Roy*, p. 37 sqq.) — V. [illegible], Œuvres choisies, p. 136.

3. Vide Bartsch, *Rom. u. Past.*, passim. — Marotus, qui Robinum in compluribus quibusdam carminibus [illegible] in *Temple Cupidinis* (Œuvres, I, 11), [illegible]

4. *Godefroy* (III, 31, n. 1) [illegible] : « Si me sembloit tout à « coup [illegible] « Le Bon Espoir qui vint à [illegible] » (Œuvres, I, 136). — « [illegible] (*R. de la R.*, 1-4.)

5. [illegible] « Formidinis » [illegible] Guillelmi Lorriacensis [illegible]

6. *Œuvres*, I, 136.

7. *Ibid.*, *ibid.* — [illegible] Clemens [illegible] « Mercure [illegible] »

Si quidem Clemens saepius, in uno eodemque carmine, nunc Graios Latinosve nunc nostrates imitatus est, non ideo facile est unde sententias suas assumpserit plane judicare. Nonnulli enim medii aevi viri, quos Marotus, cum magni eos fac[illegible], est secutus, Musis antiquis ornamenta quaedam ipsi subripuerant, quibus se quoque ille noster exornavit. Inde fit ut nonnunquam Vergilii aut Nasonis loci in ejus libellis occurrant, qui neutri subducti fuerunt, sed iis qui, apud nos, eosdem locos ab illis poetis mutuati fuerant.

Ut nunc aliquot afferamus exempla, primum dicamus oportet Marotum antiquas fabulas penitus memoria comprehendisse. Eorum enim, quae Graeci narravere, studio perculsus est. Et quomodo non fuisset nescimus, cum narrationes illae, subtili mirum in modum ingenio excogitatae, maximam prudentiam obtegant, et, in explicanda rerum natura aut in afferendis sapientibus consiliis, exquisitarum fabularum speciem praebeant, et similitudinem denique fontis cujusdam poetici ostendant, vivique et frigidi, canorique et ita copiosi ut, triginta saeculis haustus, non tamen siccatus fuerit. Clemens igitur ex hoc fabularum graecarum thesauro plenis sumit manibus, et ipse, furta confessus, iis gloriatur. « Libentissime, inquit, oculis subjicio

Les veritez dessoubz fable ancienne [1]. »

Iis saepissime utitur quae omnibus Graeciae Romaeque litteratis hominibus communia sunt. Plurimis in locis loquitur de Helenae raptu, de trojano bello et de multis aliis casibus, qui ad illius urbis obsidionem attinent [2]. — Identidem, nunc Theseos Pirithoique [3], nunc Argi Iusque [4], nunc Attyos Cybelesque [5], modo Gigantum adversus Jovem proelii [6], modo Orpheos [7], amantis incauti, historiam in animum redigit ; cum denique memorare juvat infelices amores dearum in mortales, caelestium in mulieres, heroum in puellas, quas vitiatas derelinquunt. Apud eum Veneris quoque et Adonidis [8], Medeae et Jasonis [9], Circes et Ulyssis [10], Dianae et Endymionis [11] mentionem invenis. At si quaeris unde harum fabularum scientiam teneret, manifestum est illum ex

1. *Œuvres*, I, 118.
2. Index locorum in quibus de Helena et de Trojano bello mentio fit : I, 15, 120, 128 ; II, 14, 71, 97, 106, 108, 111, 123, 145, 147, 150, 160, 227, 234, 250 ; III, 34, 47 ; IV, 173.
3. *Ibid.*, I, 200.
4. *Ibid.*, II, 80 ; III, 17. — Illud praecipue mirum est, Clementem [illegible] et [illegible] ; Sic in his versibus : « [illegible] *Argus*, qui a tant d'yeulx, [illegible] *Dangier* [illegible] »
5. *Ibid.*, IV, 179. — Cf. *Geoffrey*, III, 200.
6. *Ibid.*, II, 317.
7. *Ibid.*, II, 47, 124 ; III, 50 ; IV, 63.
8. *Ibid.*, II, 107 ; IV, 179. — Cf. *Geoffrey*, III, 200.
9. *Ibid.*, I, 166 ; II, 33.
10. *Ibid.*, *ibid.*
11. *Ibid.*, IV, 172. — Cf. *Geoffrey*, *ubi supra*.

Nasone Vergilioque eas magna ex parte expromsisse, cum duos *Metamorphoseon* libros multasque *Eclogarum* versui transtulisset. Sed non ab his tantum eminentissimis magistris fuerat edoctus, et hoc exploratum habemus, illum ea, quae jucunde Graeci finxere, longe prius cognovisse et iis fuisse delectatum quam in nostram linguam Mantuani Sulmonensisque scriptorum carmina vertendi consilium inisset. Joannes de Magduno primus certe fuit qui ejus animum in nobiles festivasque antiquorum narrationes convertit. Plurimas enim graecas fabulas refert *le Roman de la Rose*, in quo fere omnes occurrunt de quibus Marotus locutus est. Nam mentio fit, in illo poemate, Helenae Paridisque, nonnullorumque aliorum heroum seu pro Trojanis seu adversus eos decertantium [1], et Orphei [2], et Thesei, qui in Inferos descendit ut e carcere Pirithoum emittat [3], et Medeae a Jasone proditae [4], et Adonidis, quomodo apri dente percussus moriatur [5]. Non omnia referimus, ne longior enumeratio legentibus taedio sit. Plurimi tantum interest hoc memoria custodire, quosdam scilicet locos, quos apud Marotum reperimus, ei aversa via succurrisse, et fieri potuisse ut olympios deos heroasque in suos libros introduxerit, non solum quod priscos scriptores imitari vellet, sed etiam quod ei cordi esset eas fabulas referre, quas in ingenti Joannis Magdunensis poemate laeto animo se legisse meminerat. Iis igitur qui asseverare vellent hunc Maroti locum certe ab antiquis, illum vero a medii aevi operibus manifesto manare, praecavendum est. — Facile enim est saepe errare non solum in his fabulis, de quibus modo locuti sumus, quae, ut ita dicamus, in usu communi sunt, verum etiam in iis quarum fontem plane cognoscere credimus.

Licet nonnullis argumentis comprobemus quod proferimus.

De leone muremque fabulam, quam in quadam Clementis epistula invenies [6], ejus in mentem ab Aesopo injectam esse libenter contenderes, et se ipse opus illius in animo habuisse profiteri videtur. Haec ergo probabilis causa esset cur eum in illo carmine phrygium scriptorem imitatum esse putaremus [7]. Attamen Marotum aut gallica XVI saeculi, jucunda quidem, sed simpliore translatione usum esse [8], aut potius

1. Cf. *R. de la R.*, t. III, p. 276, v. 14[illegible] sqq.; *ibid.*, p. 298, v. 19613 sqq.; *ibid.*, p. 295, v. 17708 sqq.; II, p. 176, v. 7033–[illegible].
2. *Ibid.*, IV, p. 251, v. 20020.
3. *Ibid.*, II, p. 264, v. 8460 sqq.
4. *Ibid.*, *ibid.*, p. 230, v. 8647 sqq.; III, p. 220, v. 13607 sqq.
5. *Ibid.*, *ibid.*, p. 300-301, v. 16005–[illegible].
6. *Œuvres*, I, 153-156. — Aesopi *Fabulae*, nº 256, p. 152 (Edit. Halm), Teubner.
7. *Œuvres*, I, 156 : « Voyla le compte en termes rithmassez ; | Il est bien long, mais il est vieil assez, | Tesmoing Esope. » Marotus quidem addit : « ... et plus d'un tesmoing. »
8. Vide Guiffrey, III, 360. [illegible] *Les subtiles fables d'Esope* [illegible] MDCCCXCII), [illegible]

hunc Aesopi apologum, quem fortasse nunquam legerat, majorum ore traditum accepisse perspicuum est. Quamobrem merito dici potest venustissimos versus illos ex eodem fonte defluere, quo Maria *de France*, et ii qui *Vulpis* astute facta enarravere, fabulas suas olim hauserant.

Haud secus, cum hos Clementis versus legis in quibus Venerem ostendit, quae

> ......se fait mener par l'air
> Dedans son char avec ses graces belles
> Soubz la conduict de douze colombelles[1].....

primum memoria repetere conaberis quisnam inter Graecos Latinosve aliquid simile depinxerit. Sed forsitan melius erit librum Joannis de Magduno evolvere, in quo invenies :

> Lors fist (Venus) sa mesnie apeler,
> Son char commande à ateler...
> En leu de chevaus atelés,
> Ot es limons huit colombiaus
> Pris en son colombier, moult biaus[2].

Nobis manifestum est multa, quae a Clemente Nasoni subducta fuisse videntur, ab illo Joannis poemate re vera proficisci. Sic cum Marotus scribit :

> Tous les serments que femme peult jurer
> A son amy, quand elle est accordée..
> Ont ilz pouvoir de faire moins durer
> Ou divertir mon malheureux soucy ?
> Non, car j'ay veu son mary murmurer
> Souvent de moy qu'elle juroit assez[3].

non illius *Artis amatoriae* notissimi loci tantum meminit :

> Jupiter ex alto perjuria ridet amantum,
> Et jubet Aeolios irrita ferre Notos.
> Per Styga Junoni falsum jurare solebat
> Jupiter : exemplo nunc favet ipse suo[4].

verum simul[5] quomodo Joannes Magdunensis hoc faceto praecepto usus esset in animo habet :

> Jupiter et li Dieu rioient
> Quant li amant se parjuroient...
> Quant Jupiter asseuroit
> Juno sa fame, il li juroit
> Les palus d'enfer hautement,
> Et se parjuroit faussement.
> Ce devroit moult asseürer
> Les fins amans de parjurer, etc.[6]

1. *Œuvres*, II, 87.
2. *R. de la R.*, III, p. 206, v. 16146 sqq.
3. *Œuvres*, III, 119, *Epigr.* 208.
4. *Art. am.*, I, 633 sqq.
5. *Simul* dicimus, quod minime dubium est tanto tempore Marotum cognovisse, cum in epigrammatis sui inscriptione ipsa verba « Jupiter ex alto... » posuerit.
6. *R. de la R.*, III, p. 229, v. 13719 sqq.

Latinum carmen Marotus sine dubio recordatus est, attamen minime mirum esset veterem XIII saeculi « trouveorem » ei hujus materiae scribendae subjecisse consilium. Neque aliter dici potest de illo epigrammate, in quo [illegible] lepide narrat casumque Martis et Veneris, quos subtilibus laqueis implicat Vulcanus et caelestibus irridendos tradit. Manifestum est Clementem ea apud Ovidium legisse[2], sed nullos forte de his versus condidisset, nisi ei Joannes praebuisset exemplum.

Referamus denique aliqua verba ex hac duorum *amantium comoedia* excerpta, quae laudi maximae Maroto est. Nusquam enim tantum in dicendo leporem, tantam festivitatem elegantiamque ostendit. Juvenum, quos in scaenam producit, unus comiti suadet, si amicae benevolentiam sibi conciliare cupiat, ut munera nonnulla, aureum scilicet quoddam gravisque vinculum aut gemmas, ei mittat. Alter vero se dona tulisse, non damnosa quidem, sed parva et quae non incommodo offerenti sint, quae tamen amorem foveant, respondet :

Je luy ay donné fruictz nouveaux
Achaptés en la place aux Veaux,
Disant que c'estoit de mon creu ;
Je ne sçay si elle l'a creu ;
Et puis tant de bouquets et roses[2] !

Unde dicamus hos exiisse versus ? Utrum recta via ex *Arte amatoria* :

Afferat in calatho rustica dona puer.
Rure suburbano poteris tibi dicere missa,
Illa vel in Sacra sint licet empta Via[3] ;

an potius eos ex Nasone simul Joanneque Magdunensi esse sumptos ?

Il affiert bien que l'en present
De fruit novel un bel present
En toailles ou en paniers...
Pommes, poires, nois ou cerises,
Cormes, prunes, fraises, meures...
[illegible] les envoiés,
Et des [illegible] aies.
Et se les avez achatées,
Dites que vous sont presentées
D'ung vostre ami, de loing venues.
Tout les achatés vous en rue,
Ou Jasmines roses vermeillettes,
Primeveres ou violettes[4].

1. Apud [illegible] « Mon compaignon, si tu te veux fascher [illegible] » (*Œuvres*, III, 113-6, *Epigr.* 167.) [illegible] Joannes Magdunensis [illegible] in *Roman de la Rose*, (III, p. 300 sqq., v. 14450 sqq.)

2. *Œuvres*, I, 77.

3. *Ars am.*, II, v. 264 sqq.

4. *R. de la R.*, II, p. 228-29, v. 8105 sqq.

Sed haec hactenus; legentes enim, ni fallimur, ut nos ipsi, compertum nunc habere debent haud facile semper esse ex quo fonte orientur, quae sit Marotus imitatus, dijudicare. — Nunc quoniam ostendimus quid periculosi lubricique in nostro incepto sit, jamjam in ordine exponere, quantum poterimus, aggrediemur quae a graecis latinisque scriptoribus, deinde quae a gallicis Clemens mutuatus sit. In duabus, quae sequentur, partibus, nonnisi de assumptis locis, quorum origo videtur certa, disputabimus. Quod si tamen — quod nobis valde timendum — aliquando deerraverimus, et sua cuique auctori non tribuerimus, sit nostrae venia culpae, quippe qui eam providerimus et nonnunquam in tali opere nobis errandum ipsi ultro professi fuerimus.

IV.

QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS MAROTUS ANTIQUOS SCRIPTORES SIT IMITATUS ?

§ 1. — SCRIPTURAE SACRAE.

Novam religionem amplexus, Marotus nihil optatius habuit quam ut « ministrorum » orationes in suis versibus imitaretur, et legentes non minus ad pietatem ferre voluit quam olim eos oblectaverat. Incensusne studio neophyti an diligentiam suam novis amicis ostentaturus, ipse antea tam urbanus tamque facetus poeta, eo modo « praedicare » instituerit affirmare non audemus. Sed non dubium est quin in hoc opere male admodum processerit, et, divinas Scripturas imitatus, operam oleumque frustra consumpserit. Solitis enim carminum argumentis, quae ei gloriae fuerant, viridum relictis, sese tam jejunum molestumque praebuit quam antea lepidus jucundusque fuerat.

In omnium « sermonum » praestantissimo (ut hoc verbo vitiosissimum intelligere volumus) *de bono pastore* agitur. Hinc oculis exponit pastorem qui Calvini doctrina alitur, et audientes meram Evangelii institutionem docet ; illinc catholicos doctores qui praecepta a Christo tradita prave interpretantur, et Sacrorum Librorum integritatem mendaciis corrumpunt. Inde fit ut diligentis strenuique pastoris oves aperte crescant, dum grex, cui mali praesunt sacerdotes, verbis perpetuo corruptis « quare, ergo, utrum » venenatus, languet misere et ad summam maciem perducitur [1].

Carmen illud e decimo sancti Joannis capite excerptum est. Sed iis, quae dixerat Joannes, Marotus ita usus est ut odium in romanam ecclesiam concitaret [2]. Ad eos contra refert, qui novam religionem in vul-

1. Œuvres, I, 80.
2. Simili quadam ratione, Marotus in alio loco (*Le Balladin*, I, 107 sqq.) [illegible]

gue diffundebant, quod de se ipse dixit Jesus : Ego pastori bono similis sum, qui in stabulum porta non fenestra, ut fur, ingreditur, omnes oves nomine cognoscit, nihilque aliud in animo habet quam iis dare vitam, nec, accurrente lupo, profugit[1].

Non sententiam tantum, sed etiam ipsa « parabolae » verba nonnullis in locis[1] ex Joanne petit Marotus, neque satis habuit decimum illud caput imitari, cujus in carminis inscriptione mentio fit. Etenim hoc carmen sententiis e ceteris « evangelistis »[2], sanctoque Paulo[3], *Actisque Apostolorum*[4] necnon *Veteri Testamento* et *Psalmatibus*[5] exceptis abundat. Illos locos referre noluimus singulos. Id tantum scire interest : si ex eo « sermone » quidquid poetae non proprium est detrahas, vix triginta versus superfuturos[6].

Perspicuum est hac pastoris boni « parabola » Clementem valde fuisse delectatum, quam aliis in locis[7] aut fusius enarravit, aut paucis verbis significavit. Eam praesertim litteris persecutus est, cum munus aliquod a patronis suis petere vellet. Tunc se, infelicem virum, vitam in egestate degentem, cultu victuque miserandum, ovi cuidam deerranti, gelu trementi et pavore, conferebat. Index vero annuorum (l'état des pensions), quem Franciscus prior famulis, artificibus poetisque scribebat, nihil, in ejusmodi similitudine, aliud erat quam tectum salutare clausumque septum, quo frigoris impatientes timidaeque oves redire cupiebant[8]. Veri est simile Clementem hunc Evangelii locum toties velut in ore habuisse, quia ei, eclogarum tam studioso, versus,

1. Cf. *Œuvres*, I, 75, v. 15-18 et Jean, X, 11 ; — *ibid.*, *ibid.*, v. 19 et Jean, *ibid.*, 17 ; — *ibid.*, 85, v. 19-20 et Jean, *ibid.*, 1. — Adde quod ex aliis ejusdem « evangelistae » capitibus sententias quoque sumpsit. Cf., exempli gratia, *ibid.*, 75, v. 1 et Jean, XIV, 6 ; — *ibid.*, 83, v. 15 et Jean, XI, 26.

2. Cf. *Œuvres*, I, 78, v. 28-9 et Luc, XVII, 10, — *ibid.*, 79, v. 7 sqq et Luc, VI, 43 ; Matth., VII, 16, XII, 33 ; — *ibid.*, *ibid.*, v. 34 sqq et Luc, XI, 44, Matth., XXIII, 27 ; — *ibid.*, 81, v. 14 sqq et Luc XXI, 12-13 ; — *ibid.*, 82, v. 28 sqq. et Luc, XX, 21-5. — Vide etiam apud [illegible], I, II, 13-14.

3. Cf. *Œuvres*, I, 78, v. 20 sqq. et *Gal.*, II, 16, 21 ; — *ibid.*, 79, v. 11-12 et *Hébr.*, XI, 6 ; — *ibid.*, 80, v. 18-19 et *Rom.*, IX, 3 ; — *ibid.*, 85, v. 27 sqq. et *Coloss.*, II, 8, etc. — Sanctum Paulum maxime, inter scriptores sacros, Marotus laudavit. Vide *Le Riche en pauvreté*, *ibid.*, 90.

4. Cf. *ibid.*, 76, v. 27 sqq. et *Actes*, IX, XXII ; — *ibid.*, 80, v. 10-25 et *Actes*, XVII, [illegible].

5. Cf. *Œuvres*, 85, v. 11 et Osée, IV, 10 ; — *ibid.*, 82, v. 7 sqq. et *Exode*, XXXII, 11 ; — *ibid.*, 77, v. 20 sqq. et *Ps.*, CXLIII, 2 ; — *ibid.*, 79, v. 1-3 et *Ps.*, I, 2-3.

6. Nota Clementem nonnunquam, dum « praedicatoris » partes agit, profana, non [illegible], verba dixisse. Sic mortem, Redemptionem [illegible], Helenam aut Lucretiam [illegible]. (*Ibid.*, 83.)

7. Vide *La complainte d'un pastoureau chrestien* (*Ibid.*, 101-3). Magna ejus carminis parte [illegible] illius decimi S[t] Joannis capitis, quod Clementi [illegible] verbis [illegible] interpretatus erat.

8. *Epistre XV*, *au chancellier du Prat*, *ibid.*, 188 : « Si un pasteur qui a fermé son parc | « Trouve de nuyt... | Une brebis des siennes [illegible], | ...... | En quelque lieu la doit loger « et paistre. | Ainsi a faict nostre bon Roy et maistre, | Me voyant loing de l'Estat ja fermé. » — *Epistre XXXV*, *au Roy*, *ibid.*, 202 : « L'Estat est faict, les personnes rangées, | Le parc est « clos et les brebis logées, | Toutes, fors moy le moindre du troupeau. » — *Epistre L*, *[illegible]* [illegible] *à la mort*, *ibid.*, 239 : « Pour gloyre rendre au pasteur debonnaire | D'estre remis en « son parc ordinaire | Casse brebis... » — Cf. J. Bellaium, *Regrets*, p. 207, v. 7-9.

cum illum adhaerebat, lepidi suppeditabant et elegantes. Praeterea supervacuum esset addere eos locos, qui boni pastoris continuant in memoriam fortasse religiosi, praelongae « praedicationi » multo praestare, in qua proprie de ea re agitur.

Plus orationes conficere Marotus parum habuit; novam religionem per epistolas quoque in vulgus efferre conatus est. Cui non mirum videretur hunc laetum hominem, qui epistolarum cum familiaribus ipsoque rege levi jocosoque commercio famam sibi comparaverat, sacerdotis partes in litteris suis agere? Risum aegre continere poteris si hos versus leges serios, quos ad Ferrariam « Duchessam »[1] mittit et ad duas mulieres, de quibus nihil cognoscimus, nisi eas in Sabaudia habitavisse et catholica fide desiisse[2]. Quas ita ad pietatem cohortatur poeta ut apostolum diceres. Libros autem Sacros laudandi ne unam quidem occasionem praetermittit[3]. Itaque Saguntus, qui hoc poema amare reprehendit, non immerito de mulieribus dixit, quas se compellare simulat:

Je n'oubliay des dames qu'il vous compte....
Il voult prescher comme saing sainct Augustin [4].

Jure quidem in adversarium illudebat Saguntus, praesertim cum meminisset illum non semper Scripturas magna veneratione fuisse prosecutum. Saepe enim quosdam locos ex eis exceperat aut per ludibrium, aut saltem ut illos cum profanis subobscenisque jocis temere misceret. Sic in mediis servi Fripelippei adversus Saguntum contumeliis haec Davidis sententia nobis occurrit[5]:

Or sont tombez les malheureux
En la fosse faicte par eulx;
Leur pied mesme s'est venu prendre
Au filé qu'ilz ont voulu tendre [6].

Reperies quoque in satira adversus Francisci prioris amicam (la duchesse d'Estampes) haec sancti regis verba, paululum sed sine reverentia mutata:

Beatz qui boivent grop [7],
Et qui [illegible] illud [8]

1. Guiffrey, *op. cit.*, III, 419; Voizard, *op. cit.*, 180 sqq. — « Duchessa » Renata [illegible], quae [illegible] religionem complectebatur, [illegible] erat.

2. Voizard, *op. cit.*, 110 sqq.

3. Cf. *ibid.*, 112, v. 6 sqq. et Luc., XXI, 17; Joan., XV, 20-21. — In epistola ad « Duchessam » Renatam hos duos versus legimus (Guiffrey, *ubi sup.*, 422): « O Seigneur Dieu, [illegible] qui le « [illegible] | Ne [illegible] pas les [illegible] » Cf. *Exode*, XX, 4.

4. *Le Coq-à-l'asne* (Lenglet-Dufresnoy, VI, [illegible]). — Cf. *ibid.*, *ibid.*, 72. *Response a Marot*: « Que diray je donc [illegible]? | [illegible] | [illegible] Evangille [illegible] | « Les [illegible] comme [illegible] | [illegible] qu'ilz vouldront dire. »

5. *Ps.*, IX, 16. — Apud hunc Lenglet-Dufresnoy (*op. cit.*, II, 170) [illegible] carminis [illegible].

6. *Œuvres*, I, 241. — Marotus hos [illegible] in sua *Psalmorum* translatione [illegible]. *Ibid.*, IV, [illegible].

7. « Boivent grop » idem valet atque [illegible], [illegible].

8. Guiffrey, *op. cit.*, II, 457. — Cf. *Ps.*, CVI, 3: « Heureux sont, qui gardent ce qui est « droit, et qui font en tout temps ce qui est juste! »

Alio in loco, infidus amans malis herbis, quae urendae sunt, scabraeque ovi, quam a pecore, ut in Evangelio legitur, segregare oportet, comparatur[1]. Praeterea, Clemens, crudelis amicae morbo maerens, Deum facete magis quam pie sic precatur :

> Ta celeste voix en l'Evangile crie
> Que tout vivant pour son ennemy prie[2],
> Garde doncq celle (ô medecin parfaict)
> Qui m'est contraire, et malade me faict[3].

Haec denique verba *Cantici Canticorum* : « Nigra sum, sed formosa[4]... » semel atque iterum, ut profanus, usurpat Marotus. Is primum ad celebrandam Magdalenae, Scotiae regis uxoris, pulchritudinem utitur :

> Brunette elle est ; mais pourtant elle est belle[5].

Dein non dubitat illam Salomonis sententiam in festivam convertere cantiunculam :

> Pourtant si je suis brunette,
> Amy, n'en prenez esmoy ;
> Autant suis ferme et jeunette
> Qu'une plus blanche que moy.
> Le blanc effacer je voy,
> Couleur noire est tousjours une[6]....

Illi quidem versus et pia Clementis poemata longe, fatemur, disparia sunt. Itaque clarissimi poetae inimici, propter tantam morum inconstantiam, asserere potuerunt seram ejus religionem nihil aliud esse quam simulationem et mendacium[7]. Posteri autem jure Maroto vitio vertere queunt, non quod, sub vitae finem, carmina sua fieri sacra voluerit, sed potius quod plus ausus est quam efficere posset, Scripturarum majestatem, cum facetus esset aulicus poeta, exprimere conatus.

§ 2. — Scriptores graeci.

Parvi momenti sunt quae Marotus a graecis scriptoribus sumpsit, nec nos diu morabuntur.

In illo carmine, quod « Dolor et Voluptas » inscribitur[8], longam ejus *Iliadis* loci[9] amplificationem invenies, quo Homerus Junonem

1. *Œuvres*, II, 47, v. 1-3. — Cf. Matth., XIII, 30, 40.
2. Matth., V, 44.
3. *Œuvres*, II, 117.
4. Postea nonnunquam hoc *Cantici* verbo, ... De Christiana ... (id est de nova religione) in hunc modum loquitur : « Quant à la forme elle estoit ung peu brune. | « ...... | Mais sa bonté tousjours luy demouroit. » *Œuvres*, I, 108. — Vide quoque, ibid., II, 89, *Chant royal de la Conception*, str. 3.
5. *Ibid.*, *ibid.*, 97.
6. *Ibid.*, *ibid.*, 150, *Chanson* XXXVI. — Cf. Bonaventuram, *Cymbalum Mundi*. (Edit. P.-L. Jacob, p. 103.)
7. *Le Coup d'Essay*. (Lenglet-Dufresnoy, *op. cit.*, VI, 34.)
8. Œuvres, I, 133-4.
9. XIV, 153 sqq.

mutatam Veneris animam ostendit. Gallicus vero poeta, cum hanc praeclaram fabulam enarraret, homericam severitatem minime adhibuit. — Sed nil ultra de hoc carmine dicemus, quia non a Maroto hujus conditum non satis constat. Hoc enim non sine causa *Lenglet-Dufresnoy* in dubio posuit[1]. *Guiffrey* etiam ait Boremium illud poema scripsisse[2].

Ex *Anthologicis* praecipue defluunt quae perspicue a Graecis petiit Clemens. Namque ipse nos docet, in duobus *Epitaphiis* suis, se Cinerio[3] (?) et Lascari[4] auctoribus usum esse. Sed non omnia confessus est, quae ex eo fonte comparavit. In opusculo enim jocoso serioque simul, in quo brevia carmina ad quorundam defunctorum virorum memoriam scripta continentur, saepius feralia epigrammata, quae nobis antiqui reliquerunt, imitatus aut potius interpretatus est. Sententiam tantum retulit, non verba, eique laudi fuit ad suae aetatis homines conferre quod olim *Anthologicorum* scriptores dixerant.

Hanc, exempli causa, funebrem Guillelmi Cretini laudationem afferemus :

Seigneurs passans, comment pourrez vous croire
De ce tombeau la grand' pompe et la gloire ?
Il n'est ne painct ne poly ne doré,
Et si se dit haultement honoré
Tant seulement pour estre couverture
D'un corps humain cy mys en sepulture :
C'est de Cretin, Cretin qui tant sçavoit.....
O dur tombeau, de ce que tu as couvert
Contente toi ; avoir n'en peult les vers.
Grant renommée en mort jamais ne tumbe,
Et qui ne meurt n'a que faire de tumbe[5].

In hujusmodi operibus, quae nobis majores tradidere, aliquid plane simile frustra quaereres, sed non semel occurrunt inscriptiones prorsus cum illa congruentes. Ab ea profecto versus non discrepant, quos ad celebrandam Sapphus memoriam Tullius Laurea fecit. De vita migravit, ait, Sappho : oblivionem vero infernasque tenebras ingenio suo effugit[6]. — Et nolo, quaeso, oblivisci quomodo Antipater Thessalonicensis de monumento, quod Alcmanis cineres continebat, loquebatur. Ne vatem, inquiebat, sepulcro existima. Humile quidem est, sed praeclarum

1. *Op. cit.*, VI, 266-7.
2. *Op. cit.*, II, 145. — Fortasse [illegible] Clemens. In poemate enim, quod [illegible] *Desploration de Messire Florimond Robertet* (Œuvres, II, 240), « [illegible] » [illegible] : « ..... Un million de choses, | Comme chasteaulx, palays et villes closes, | Villages, tours et temples et couvents, | Terres et mers, et voilles à tous vents, | Artillerie, armes, hommes armez, | Chiens et oyseaulx, plaines et boys ramez. » [illegible] (*Il.*, XVIII, 478 sqq.)
3. *Œuvres*, II, 226, pièce XXII.
4. *Ibid.*, *ibid.*, 227, pièce XXI.
5. *Ibid.*, *ibid.*, 189.
6. *Anthol.*, I, 158, n° 17.

ille Alcman, quem inter se Musae acceperunt, hic jacet[1]. — Alio in loco de Euripide legimus : Non hoc te marmor exornat, sed tu illud, nam gloria tua nitet[2]. Quae certe *Epitaphia*, aliaque ejusdem generis[3], in animo habebat qui Guillelmi Cretini manes extollere constituerat.

Anthologica Marotum libenter evolvisse nonnullis aliis probatur argumentis. Horum enim librorum memor esse videtur, cum docti cujusdam medici mortem deflet, qui multis, non sibi, supremum diem removerat[4]. Et ex eodem fonte facetum quoddam dictum sine dubio hausit, in illo carmine jucundissimo refulgens, quo Joannis *Serre* (is fuerat, dum vixit, inter comoedos inclytissimus) laudes praedicat. Mimus ille, in corporis motibus hominum omnium ordinum aetatumque imitandis, longe ceteros superabat : attamen, ait Marotus, quantacumque erat ejus in scaena sollertia, nullam personam melius agebat

Comme il faict maintenant le mort[5].

Hic, quis epigramma non agnosceret, quod de Philistione Nicaeensi nescio quis edidit ? Hujus mimi umbra in hunc modum loquitur : Hic ego jaceo, humanae comoediae tristes reliquiae. Saepe mortuum imitatus sum, nunquam vero melius[6]. — Clemens denique cantare miserum bellatoris equi exitum non cogitasset[7], ni Graecorum exempla memoria tenuisset, qui talia litteris interdum persecuti sunt[8]. At quae paucis verbis dixerant gallicus poeta ornare et amplificare solitus est. Ex his apparet eum a scriptoribus, quorum operibus *Anthologica* illustrantur, primam et quasi intimam *Epitaphiorum* sententiam petiisse, flores autem et lumina orationis a nemine mutuatum esse.

Nunc de duabus sententiis, exquisitis, ut videtur, praeclarisque, nobis, cum verisimile sit Marotum Graecis eas subripuisse, disserendum est.

Primum amicae suadet Clemens ut amori indulgeat, dum aetate floret, praestantissimaque forma insignis est, eique, adhibita similitudine, hortatur ut primum vitae tempus prius nolit effugere quam omnes juventutis voluptates exhauserit :

En sa verdeur se resjouit l'esté,
Et sur l'yver laisse joyeuseté :
En ta verdeur plaisir doncques asserre ;
Puis tu diras, si vieillesse te serre :
« Adieu le temps qui si bon a esté
Par sotte amour[9] ! »

1. *Ibid.*, *ibid.*, n° 18.
2. *Ibid.*, 131, n° 46.
3. *Ibid.*, 179, n° 269 ; 218, n° 531.
4. Œuvres, II, 222-3. — Cf. *Anthol.*, I, 148, n° 195 ; 209, n° 298.
5. Œuvres, II, 218.
6. *Anthol.*, I, 139, n° 155.
7. Œuvres, II, 217-19.
8. *Anthol.*, I, 157, n° 286 ; 158, n° 232.
9. Œuvres, II, 137, rondeau LIII. — Cf., *ibid.*, 129, rondeau V, et élégie V, p. 28.

Ineruditus admodum esset, itaque imitari nolumus, qui hujus sententiae auctorem requireret. Tam multi enim eam ante Marotum enuntiavere ut erroribus implicari posset qui eam potius ab hoc quam ab illo sumptam esse asseveraret. Namque idem consilium — duo tantum referemus exempla — et a Joanne Magdunensi et ab Erasmo mulieribus datum est. Quorum prior earum stultitiam hic aggreditur, quae vitae illecebris perfrui nesciunt :

Nus ne puet trop tost gaudir :
Tantost a faite sa vergogne
Com les florettes en la prée.
Car blasmé ert de tel matire
Que il plus vit, et plus empire[1].

Si doit la dame prendre garde
Que trop li jeus ne se tarde :
Car el porroit bien tant atendre
Que nus n'i vodroit la main tendre.
Querre doit d'amors le deduit,
Tant cum jovente la deduit,
Car quant viellesce fame assaut,
D'amors pert la joie et l'assaut.
Le fruit d'amors, se fame est sage,
Cuille en la flor de son aage[2].

Alter vero in dialogo, quem transtulit Marotus, virginem quamdam, quae nubere non vult, interrogat :

Voyez vous bien la belle rose,
Qui s'est toute vermeille et close
Vers le soir ?[3] ....

et asserit aliquando fore ut forma puellae haud aliter quam flos ille marcescat.

Clementem sane aut Joannis Magdunensis opus aut Erasmi colloquium imitatum fuisse possem contendere. Attamen illam sententiam, de qua nunc agitur, Graeci etiam atque etiam usurpavere. In *Anthologia* enim legitur[4], et plurimis modis ab Anacreonte proposita est[5], qui eam omnis sapientiae principium et fontem habebat. Itaque Marotus, qui amicis linguae graecae peritissimis utebatur, id ab illis accepisse potuit, quod antiqui lyrici canere solebant, et ea imprimis notissima Ana-

1. *R. de la R.*, II, 274, v. 9051 sqq.
2. *Ibid.*, III, 244, v. 14073 sqq.
3. *Œuvres*, IV, 63. — Cf. *Le Débat de Nature et de Jeunesse* : « Tu n'as qu'ung mai et « ung matin, | Comme la fleur de l'aubespin | Qui fleurist tost, demain flestrie. » (Montaiglon, *Recueil des poésies fr. des XVe et XVIe siècles*, III, 90.) Vide etiam Francisci Petrarcae canzone XXIII (Longnon-[illegible], T. 328.) — Cf. François Villon, *Les Regrets de la belle heaulmière*. (*Œuvres*, 59.)
4. I, 222, n° 57 et passim.
5. Vide velut. Anacr. *Carm.* 8, 25, 38, 46.

ceconiis dicta, quibus Bonaventura[1] et postea Sangelasius[2] Ronsardusque[3] carmina sua exornaturi erant.

In altero autem loco, quem antea diximus, poeta proximum diem celebrat, quo nascetur nobilis quidam infans, et eum sic alloquitur :

> Vous nais et mort ! tu peulx bien assavoir
> Qu'à ta naissance il n'y eust ploré,
> A la façon des Thraces lamentant
> Leurs enfantz nez, et en grand dueil chantant
> L'ennuy, le mal et la peine asservie
> Qu'il leur falloit souffrir en ceste vie[4]

Ab Herodoto mirus ille mos de puerorum ortu relatus est[5]. Quomodo autem hunc historiarum scriptoris locum Clemens cognoverit, parum compertum habemus. Constare tantummodo nobis videtur eum Herodoti opera nunquam evolvisse. Verba igitur, quae supra commemoravimus, aut a docto suae aetatis quodam viro tenebat, aut in gallico latinove libro legerat. Quae si ex ipso fonte hausisset, morem illum nascentes lacrimis salutandi non apud Thraces sed apud Trausos, Herodoto teste, viguisse comperisset.

Cum animum induxit Marotus hanc fabulam redintegrare, recte profecto consuluit. Nihil enim in ea vani est neque inepti, sed potius aliquid magni et reconditi significat, cum miserias humanae condicionis nos edocent. Quae quidem adeo formidandae sunt ut homines, si saperent, non gaudere, sed, Trausorum exemplo, lacrimas circum cunabula effundere deberent. Nec immerito *Guiffrey* illos Maroti versus cum iis confert[6] quos Euripides condidit in *Cresphontis* fabula[7], et ad verbum convertit

1. *Œuvres fr.*, édit. Lacour, I, 71 : « Vous donc, jeunes fillettes, | Cueillez [illegible] les « roses vermeillettes | A la rosée, ains que le temps les viennes | A dessecher, et, tandis « vous souvienne | Que ceste vie, à la mort exposée, | Se passe ainsi que roses ou rosée. »
2. *Œuvres complètes*, II, 109, n° XXXVII, *Du Mercredi des Cendres*.
3. Imprimis « Pleiadis » princeps quam vita sit brevis et quanti referat voluptatibus ejus frui [illegible] (Vide *Poésies choisies*, p. 12, 44, 61-2, 97, 101, 111, 133, 148, 156, 157, 159-60.) Inter ea poemata, de quibus nunc quaestionem facimus, illud [illegible] quod ad hunc modum incipit : « Quand vous serez bien vieille, au soir, à la chandelle... » — [illegible] Ad mulierem enim de opere quodam scribit, quod ei misit : « Reçoy le donc en gré, je te supplie, | Et, l'ayant leu, ne le pers, mais le plie | « Pour le garder [illegible] | *Que seras morte, de moi te souviendra.* | Et si « d'icy à grand temps et long aage | Du tien Clement se tient aucun langage | Là où seras, par « [illegible] de vire | Aux anciennes pourras compter et dire | ...... | Comment jadis fut bien ton « serviteur ; | Et pour tesmoin de ce que leur diras, | Ce [illegible] escript sur l'heure produiras, | « En leur disant : « Quand Marot m'escrivoit, etc. » | Mille autres cas, mille autres beaux « propos, | *Quand seras vieille et chez toi à repos*, | Bien pourras de moy à l'advenir, | S'il « t'en souvient... » *Epistre* LIV, *Œuvres*, I, 256-7.
4. *Ibid.*, ibid., 69.
5. *Hist.*, V, 4.
6. *Op. cit.*, II, 477.
7. *Euripidis tragoediae*, edit. A. Nauck (Teubner), t. III, p. 118, n° 452.

Tullius in *Disputationibus Tusculanis*[1]. Sed id quoque in memoriam legentis redigere doctus ille vir debuisset, quod de hominum ortu diserte et aspere simul scripserat C. Plinius Secundus[2]. Praeterea, eamdem sententiam Lucretius in eo loco explicavit, quo infantem, quem Natura *nixibus ex alvo matris profudit*, navitae in littus iniquum saevis *ab undis* projecto similem esse contendit, miserumque ostendit puerum *vagitu lugubri* domum complentem,

> . . . . ut aequum est
> Cui tantum in vita restet transire malorum[3].

Clemens igitur magnopere laudandus est, cum in nostrum sermonem hanc altam exquisitamque Graecorum Romanorumque sapientiam transferre voluerit. Non negamus quidem eum illis praestantissimis ingenio viris longe imparem fuisse. Sed hoc opus aggredi pulchrum erat, et in Euripidis Lucretiique vestigia, vel e longinquo, persequendo nonnihil sane laudis erat. — Nunc quod de se ipso, timido Epicuri doctrinae interprete, dixerat Lucretius et de Clemente dici potest : « Quid enim contendat hirundo cycnis ? »[4]

§ 3. — Scriptores romani.

Sagontus, ut antea diximus, amatoriae poesis studium Maroto crimini dedit. Qua vituperatione libenter arbitraremur eum saepe illos imitatum fuisse, qui, inter Latinos, elegias scripserant.

At contra pauca admodum, eademque parvi momenti, ab iis mutuatus est.

In nuptiali tamen carmine, quo Renatae, Ludovici XII filiae, cum Hercule, Ferrariae « Duce », connubium celebrat, aliquot versus a Catullo sumpsit, qui, de Vespere locutus, sidere cujus *lumina* die ab amante *expectata* sunt, dixerat :

> Hespere, qui caelo fertur crudelior ignis ?
> Qui natam possis complexu avellere matris,
> Complexu matris retinentem avellere natam,
> Et juveni ardenti castam donare puellam ?
> Quid faciunt hostes capta crudelius urbe ? »[5]

1. Lib. I, cap. 48 : « Nam nos decebat coetus celebrantes domum | Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus, | Humanae vitae varia reputantes mala. »
2. *Naturalis historiae* liber VII, 1 (Nisard, I, 279) : « Hominem... tantum in nuda humo natali die abjicit (Natura) ad vagitus statim et ploratum, nullumque tot animalium aliud ad lacrimas, et has protinus vitae principio. »
3. *De rerum nat.*, V, 223 sqq.
4. *Ibid.*, III, 6-7.
5. *Carmen LXII*, v. 20 sqq. — Cf. *Carmen LXI, in nuptias Juliae et Manlii*, v. 216 sqq. : « [illegible] »

Deinde, nuptae suaserat ne conjugis preces aspernaretur, sed ut eum libente animo sequeretur :

> Virginitas non tota tua est : ex parte parentum est ;
> Tertia pars patri data, pars data tertia matri,
> Tertia sola tua est : noli pugnare duobus [1].

Apud Clementem autem legimus :

> O nopce, pour vray, si on le bien contemple,
> Et les traitz nous sont tout apparens :
> Tu viens oster la royalle pucelle
> Entre les bras de ses propres parents,
> Et, qui plus est, tu la livres et rends
> Entre les mains d'un ardant et jeune homme.
> Que feirent pis les souldartz à Romme,
> N'a pas longtemps par pillage empirée [2] ?

Et infra :

> Et d'autre part ta virginité toute
> Ne t'appartient. En quatre elle est partie :
> La part premiere elle est au Roy (sans doubte) ;
> L'autre à Madame est par droict departie ;
> La soeur du Roy a la tierce partie ;
> Toy la quatriesme. Or, ilz donnent leurs droictz
> A ton mary : veulx tu combatre à trois,
> Trois (pour certain) qui en valent bien huict [3] ?

His versibus manifestum est gallicum scriptorem ut romani poetae verba renovaret curavisse. Itaque tunc recentem Romae expugnationem significavit [4], neque artis oblitus est hominis aulici, nam in Franciscum priorem contulit quod de omni patre familias Catullus dixerat, ingenioseque regem et unumquemque suorum ceteris hominibus potentia praestare memoravit.

Et alias Catulli vestigia secutus est. Epigramma enim de puellae cujusdam passere non fecisset [5] nisi ille qui Lesbiae laudes cecinerat ei praebuisset exemplum [6]. Ornamenta vero, quibus festivum illud opusculum Clemens illustravit, propria ei sunt, atque etiam amoenae orationis subtilitate latinum superavit auctorem.

In sextâ elegiâ, Marotus narrat quomodo per quietem Cupidinem viderit, a quo amorem suum felicem exitum habiturum certior fiebat [7].

1. *Carmen LXII*, v. 62 sqq.
2. *Œuvres*, II, 65.
3. *Ibid.*, 66. — Mirandum est quam [illegible] Maroti [illegible] Magdalenam, quae aliquid tamen Scotiae regina fuit, [illegible] (II, 66) [illegible] (Matth., 19, 5.)
4. « Mort a [illegible] anno MDXXVII », [illegible]
5. *Œuvres*, III, 45, epigr. CVI : *De passereau de Maupas.*
6. *Carmina* II et III : *Ad passerem Lesbiae* ; *Luctus in morte passeris.*
7. *Œuvres*, II, 14.

Fortune[1] in illo poemate eos, qui Romae gloriam elegiis adepti sunt, imitatus est. Hi enim saepe de suis somniis libentissime locuti sunt. Sic apud Propertium ejusmodi narrationem invenias[2], et dubium esse non potest a Clemente illius opera fuisse cognita, quod nonnullorum locorum similitudine comprobare haud difficile est. Namque Propertius, se jurejurando obstringens ut Cynthiam semper amet, his verbis utitur :

> Multa prius vasto labentur flumina ponto,
> Annus et inversas duxerit ante vices,
> Quam tua sub nostro mutetur pectore cura[3].

Clemens autem :

> Plus tost seront montaignes sans vallées,
> Plus tost la mer on verra desallée,
> Et plus tost Seine encontremont ira
> Que mon amour de toy se partira[4].

Alter Jovem precatur ut aegram amicam sanare velit, denique, si mulier ex morbo convaluerit, insigne, quo gratias agat, carmen promittit ; at contra se, illa mortua, moriturum profitetur :

> Si non unius, quaeso, miserere duarum :
> Vivam, si vivet ; si cadet illa, cadam.
> Pro quibus optatis sacro me carmine damno[5].

Alter, ob eamdem causam, iisdem orat supplicibus verbis, puellaeque salutem versibus quoque celebraturum se pollicetur :

> Et de ma part feray un beau cantique,
> Que chanteray in excelso autentique
> Que seras, [illegible] admirable à chascun,
> D'en guerir deux [illegible][6].

His precibus Clemens non Propertium modo sed etiam Tibullum imitatur, qui Apollinem, medicinae auctorem atque inventorem, pro aegrotante muliere vehementer orat, aramque amplexus exclamat :

> Phoebe, fave, laus magna tibi tribuetur in uno
> Corpore servato restituisse duos[7].

Non hic tantummodo Tibullo veluti magistro usus est Marotus. Cum

1. *Fortune* nuncupatum propterea quod Clemens [illegible] Guillelmi Lorrisiensis et Joannis de Magduno librum nihil aliud esse [illegible]. [illegible] est, ut Lenglet-Dufresnoy haud [illegible] (op. cit., I, 344), eumdem Joannem [illegible], qui [illegible], et [illegible] (R. de la R., II, p. [illegible] sqq.)
2. *El.*, II, XXVI. — Cf. Tibullum, *El.*, III, IV, et Ovidium, *Amores*, III, V.
3. *El.*, I, XV, 29 sqq. — Cf. Ovidium, *Tristes*, I, VIII sqq. : « In caput alta suum labentur ab aequore retro | Flumina, etc. »
4. *Œuvres*, II, 39. — Cf. *ibid.*, 33. — Vide etiam I, 294 : « [illegible] plus tost l'eau du Pactole | [illegible] etc. »
5. *El.*, II, XXVIII, 41 sqq.
6. *Œuvres*, II, 119.
7. *El.*, IV, IV, 19-20.

enim asserit se erga eam cui fidem suam obligavit, etiamsi Helenae dearumque omnium amore frui posset[1], non infidum esse futurum, in nostro sermone nihil aliud dicit quam quod Tibullus latine dixerat :

> Nunc licet e caelo mittatur amica Tibullo,
> Mittetur frustra, deficietque Venus[2].

Haec omnia sunt, quantum saltem scire possumus, quae romanis scriptoribus, qui olim amorem cecinerunt, subripit Marotus. Verisimile est tamen eum Horatii operum aliquam notionem habuisse. Nonne enim praeclari illius et eloquentissimi carminis memor erat, quod ad hunc modum incipit :

> Exegi monumentum aere perennius[3],

cum Gallorum regis filio se exquisitum permansurumque poema aggressurum esse superbe profiteretur,

> Qui maulgré temps, maulgré fer, maulgré flamme,
> Et maulgré mort, fera vivre sans fin
> Le roy Françoys et son noble Daulphin[4] ?

Quod si quis arbitratus fuerit Clementem Flacci versus non ex industria hic imitatum fuisse, at ea fortuito reddidisse quae Romanus scripserat, hoc fieri potuisse non inviti fatebimur. Sed nemo jure contenderet in disciplinam Maecenatis Augustique familiaris (optimi scilicet in arte adulandi magistri) Francisci prioris famulum nunquam sese tradidisse. — Horatius enim, cum pauciores versus ad Augustum mittat, veniam ab eo petit. « Hoc ego, inquit, consilium cepi quod, tanto totius terrarum orbis gubernandi officio pressus, in litterarum nugis tempus consumere non debes[5]. » Marotus et ipse regi, minore quidem elegantia et brevitate, similem excusationem affert :

> Si mon seigneur, mon prince et plus que pere...
> N'estoit point Roy de sa France prospere,
> Ne prince aussi, mais simple gentilhomme,
> J'irois autant dix fois par delà Romme
> Que j'en suis loing, chercher son accointance...
> Mais souhaitter cas de telle importance
> Seroit vouloir mon bien particulier,
> A luy dommage, et tort fait à la France[6].

1. Œuvres, II, 14 : « Quant est de moy, viennent Helaine ou Venus, | Viennent vers moy « m'offrir leurs corps tout nuds, | Je leur dirai : Retirez vous, déesses... »
2. El., IV, XIII, 13-14.
3. Carm., III, XXX.
4. Œuvres, I, 221. — Cf. Bonnardot, *Poésies choisies*, p. 163.
5. « Cum tot sustineas et tanta negotia solus, | Res Italas armis tuteris, moribus ornes, | « Legibus emendes, in publica commoda peccem | Si longo sermone morer tua tempora, « Caesar. » (Epist., II, 1, 1-4.)
6. Œuvres, III, 73-4.

Nunc ad eos poetas transeamus[1] (Ovidium Maronemque) quos ceteris carius Marotus aestimavit.

Quorum ex priore pauca quidem sumpsit, sed eum mirifice colebat, ut et opera manifestum fit, quam in transferendis *Metamorphosibus* impendit, et multis laudibus quibus eum ornare gavisus est[2]. Haud aliter quam Joannes Magdunensis *Artem amatoriam* divinum fere librum habet, et saepius quaedam ejus operis praecepta commemorat :

Si l'Art d'Aymer tu as leu de bon gré,
Tu trouveras qu'il enjoinct par exprès
A tout amant que des yeux il s'informe
De sa maistresse, et puis qu'il se conforme[3].

Nonnullos quoque *Metamorphoseon* versus ad verbum fere exprimit :

Feist ses arcs, Amour voyant
Partie de gauche à deux traicts,
Dont l'un, ferré d'or flamboyant,
Cause les amoureux attraicts,
L'autre, dangereux plus que tous,
Porte un fer de plomb mal courtois,
Par la pointe tout rebouché,
Et rend l'amour des cueurs estainte[4].

Nil aliud, nisi fallimur, a Clemente e sulmonensis poetae carminibus excerptum fuit. — Vergilii contra spoliis, quem incredibili veneratione persecutus est, opera sua decoravit. Minime tamen intellexit quantum intervallum interjectum esset inter se, callidum nempe facetumque scriptorem, et vatem illum, divino afflatum spiritu sublimeque volantem, quem talibus homerica Musa docuisse videtur. Merito igitur superbiae Marotum accusare possis, cum, suo nomine poesi

1. Quosdam Maroti [illegible] ... Fortuna [illegible] ... [illegible] Publilii Syri [illegible] ... « Fortuna vitrea est ; tum, cum splendet, frangitur. » [illegible] ... tragoediae [illegible].

2. Vide *Œuvres*, I, [illegible] ; III, [illegible] et passim. — In carmine [illegible] *Le Dieu gard à la court* (*Ibid.*, I, [illegible]), Clemens ab exilio [illegible] ... Marotus, *Tristes* et *ex Ponto* epistolas [illegible] ... Adhaesit.

3. *Ibid.*, I, 115. — Vide *Artem am.*, I, [illegible].

4. *Œuvres*, I, 12. — Cf. *Met.*, I, 468-71 [illegible] ... Cf. *R. de la R.*, t. I, p. [illegible] ... [illegible] ... (*Fabliaux du Dieu d'Amours*, éd. A. Jubinal, Paris, MDCCCXXXIV. — Cf. Langlois, *Origines et sources du Roman de la Rose*, p. [illegible].)

ipsum, se Galliae Maronem esse gloriosius praedicaret [1]. Et hanc nimiam laudem familiares impertiri nunquam dubitavere [2], sed, propter tantam arrogantiam, semper suis adversariis ludibrio fuit, qui eum eminentissimo vati acerbe et non sine causa aequiparare recusaverunt [3].

Ut perspicuum foret inter illum poetam et se ipsum quamdam inesse, ut ita dicamus, cognationem, gemmas e vergilianis veluti gazis subductas in opera sua haud semel transferre conatus est.

Interdum enim paucos tantum versus aut brevem aliquam sententiam in suum vertit, clandestinum quasi furtum, quod ejus aetatis plerosque sine dubio latebat. Nunc fluvium Ligerem, quem deum facit, sub aquis, in vitrea regia, cum sororibus suis, formosis Naiadibus, gaudentem nobis ostendit [4]; nunc de Morte et ejus pestifero spiritu loquitur, qui aves in volatu exanimat et praecipites dejicit [5]; nunc narrat quomodo pastores de cantus aut fistulae praemio inter se certent [6]. Haec eadem Maro depinxit. Namque et humida regna descripsit in quibus nympha Cyrene sedem habet [7], et augustum celebravit deum Tiberinum [8], et nobis dixit quomodo volucres subito exstinguerentur si modo *fauces graveolentis Averni* transire vellent [9], et denique dulcia cecinit proelia, quae inter se committere solent Damoetas et Menalcas [10], Thyrsis et Corydon [11]. Nec semel in poemata sua Clemens produxit pastores qui se invicem ad pugnam vocant : saepissime vero legentium oculis hoc spectaculum objecit [12]. Et quam multas etiam exprompsit praeclarissimi romani vatis sententias ! Si — exempli gratia — amicae, quae datam fidem violavit, declarare constituit se maleficium illud vulgatu-

1. *Œuvres*, I, 58, 182, 247 ; III, 17, 58-9, 151. — Interdum [illegible] Vergilio [illegible], sed [illegible] superbius [illegible] poetarum [illegible].

2. Des Periers, *Œuvr. fr.*, I, 110-111, 177, 179-80, 182 (In quodam latino epigrammate, Bonaventura amicum suum « gallicum Maronem » appellat.) — In epitaphio Clementis legitur : « Si tu veux le tombeau veoir apercevoir | Qui de Maro avoit plus que le nom... » ([illegible], *Œuvres choisies*, p. XLIX.) — Lenglet-Dufresnoy, *op. cit.*, VI, 154, 156, 241.

3. *Ibid.*, *ibid.*, p. 22 : « Maro sans *t* est excellent poëte, | Mais avec *t* il est tout corrompu. » — P. 71 : « Il est vray comme l'Evangile | Que le [illegible] de Vergile | A esté gasté et corrompu | Par ung qui faict trop du huppé. » — Verbum *Marot* [illegible] non *Maro*, sed *Marraud*, [illegible]. (Cf. etiam, *ibid.*, 113.)

4. *Œuvres*, II, 258. *Deploration de Messire Florimond Robertet.*

5. *Ibid.*, *ibid.*, 258.

6. *Ibid.*, *ibid.*, 66. — *Chant pastoral à Monseigneur le cardinal de Lorraine.* — [illegible]

7. *Georg.*, IV, 333 sqq.

8. Aeneidos lib. VIII, 31 sqq.

9. *Ibid.*, VI, 239-42. — [illegible] (*Œuvres*, I, 2[illegible]), [illegible] Vergilii [illegible] : « [illegible] » — « Le [illegible], ainsi que dict Virgile, | Nommé Avernus le [illegible]. »

10. *Ecl.*, III.

11. *Ecl.*, VII.

12. *Œuvres*, I, 43.

rum muliebrisque laudem hic in perpetuum obscuraturum esse, Famam statim effingit, ut in quarto *Aeneidos* libro depingitur[1], iisdemque pedibus innixam, fremitumque comminans ac tam illi dona traditurum, cujus oculi linguaeque nunquam quiescunt[2].

Alio in loco, ut poetice significet sibi consilium esse ut regem lyrae cantu delectet, hos Mopsi versus, leviter mutatos, refert :

> Quae tibi, quae tali reddam pro carmine dona ?
> Nam neque me tantum venientis sibilus Austri,
> Nec percussa juvant fluctu tam litora, nec quae
> Saxosas inter decurrunt flumina valles[3].

dicitque non invalide, non incommode : Quinam tu, qui agricolarum omnium arbiter es et dominus,

> Prinses plaisir q mon chant escouter,
> Comme a ouyr la marine flotter
> Contre la rive, ou des rochers hautains
> Parmy tomber courbes sur les fontaines[4] !

Franciscum denique priorem compellans, utitur, ut ei cultum polliceatur aeternum, iisdem verbis quibus et Tityrus, cum se semper Augustum veneraturum promitteret[5] :

> Plus tost le Rosne encontremont courra[6],
> Plus tost seront jardins faicts sans buissons,
> Les cygnes noirs et les corneilles blanches,
> Que je t'oublie, ô Pan, le grand pasteur,
> Ne que je cesse à louer ton hault nom[7].

Multa ejusmodi exempla afferre haud difficile esset[8], sed sine mora ostendamus oportet quomodo Marotus in longioribus aut jucundioribus scriptis Vergilium nonnunquam imitatus sit. Ille quidem aliquando quae a Marone mutuatur ita obscurandi curat ut propria vix a furtis discernas. Laudanda est igitur ejus sollertia, cum iis, quae apud latinum poetam legerat, non minus sagaciter quam opportune usus sit. Argumento hoc carmen erit, quod de nobilis cujusdam viri, patroni simul et

1. *Aen.*, IV, 181 sqq. : « Monstrum horrendum, ingens, cui quot sunt corpore plumae, | Tot vigiles oculi subter, mirabile dictu, | Tot linguae, totidem ora sonant, tot subrigit aures. »
2. *Œuvres*, II, 30-1 : « Lors Renommee avec son aisle [illegible] | [illegible] | [illegible] »
3. *Ecl.*, V, 81-4.
4. *Œuvres*, I, 61. — Cf. *ibid.*, II, 262, v. 10-15.
5. « Ante leves ergo pascentur in aethere cervi, | Et freta destituent nudos in litore pisces, | ... Quam nostro illius labatur pectore vultus. » *Ecl.*, I, 59-63.
6. Cf. supra p. 47, n. 3 et 4.
7. *Œuvres*, I, 40.
8. *Ecl.*, V, 16-7 : « Lenta salix quantum pallenti cedit olivae, | Puniceis humilis quantum saliunca rosetis... » Cf. *Œuvres* : « ... [illegible] » Guiffrey, *op. cit.*, III, 106.

amici sui, morte composuit [1]. Fingit umbram patris sui, Joannis, per somnum visam, edisserere quomodo illustrissimi illius hominis in Elysios Campos venerit anima. Ibi, [illegible]nes qui per florida nemora deambulant advenienti obviam protinus eunt, et illum benevolentibus semitis deducunt ad sedes, in quibus boni doctique vita defuncti versari solent [2]. Non dubium est quin Marotus, dum haec scribebat, in animo versus habuerit, quibus Aeneas ostenditur Inferos perlustrans heroasque recensens qui ex sese quandoque vitam accipient [3]. Longe profecto abest ut poeta noster, hujus *Aeneidos* loci nimium fidus interpres, servile quoddam opus effecerit. Immo vero fabulam antiquam ita ingeniose retractavit ut consilio suo profuerit, laudi scilicet mortui, cujus virtutes canere constituerat.

Iis, quae nunc dicturi sumus, in lucem magis proferemus quomodo Marotus, quamvis vestigiis Maronis insistens, nova propriaque ediderit. Eorum enim meministi, quae in *Aeneide* de Miseno, forti viro, nec minus tubicine perito quam acri bellatore, relata sunt. Cum forte, ait Vergilius, concha personaret aequora, Tritonem ad cantus certamina vocare ausus est, sed, a maritimo deo exceptus, in imum mare immersus est [4]. Casus illius memoriam renovavit Clemens, de quodam Joanne Calvino (Chauvin) locutus, qui musicam tractabat artem, et in flumine Sequana, si fidem poetae versibus adjungis, aqua misere fuit haustus. Marotus asseverat eum — ut Vergilius Misenum — diis poenas dedisse, sed quam multa facete et ornate dicta de suo adjicit! Primum contendit Sequanae numina eo tantum Calvinum occidisse quod metuebant ne lyrae vocisque concentu Naiadibus suaderet ut humida regna relinquerent. Deinde — idque imprimis lepide excogitatum est — dii, qui musicum submerserant infelicem, cadaver ejus ovantes deridentesque nymphis afferunt iisi, quae mortuum adulescentem osculantur, lacrimisque conspergunt [5]. Haec omnia sane nova jucundaque sunt. Quamobrem ea legentibus, quae ad Misenum et Calvinum attinent, profiteri fas est nunquam duas narrationes tam similes fuisse dissimilesque simul.

Bucolica praecipue Clemens imitari gavisus est. Nec mirum, cum omnes medii aevi scriptores, quorum libros libenter lectitabat, operibus

1. *Complaincte de Monsieur le general Guillaume Preud'homme.*
2. Œuvres, II, 208-73.
3. [illegible] VI, 679 sqq.
4. *Ibid.*, 165-74.
5. Œuvres, II, [illegible] « [illegible] | [illegible] | [illegible] | [illegible] | [illegible] | [illegible] | [illegible] | [illegible] | [illegible] | [illegible] | Le portant au rivage. »

hujusmodi delectarentur. Praeterea Vergilius ostenderat qua ratione fieri posset ut agricolae inter se disputantes eximia laude reges optimatesque cumularent. Itaque Marotus et postea Ronsardus eclogam aulico poetae propriam esse existimaverunt, quorum prior nunquam fistulas agrestes inflavit, nisi ut Franciscum aut ejus affines cognatosque in caelum extulleret. Cum gratiam regis illius aucupari sibi in animo est, se miserum quemdam esse ovium pastorem fingit, omnibus egentem rebus, qui deum Pana ut sibi adsit suppliciter oraverat. Pater meus, inquit, mihi suasit ut ab eo, qui tot beneficiis agricolas afficit, auxilium mihi quoque peterem. Tibi ille dabit, aiebat senex, tugurium simul et septum agellumque, ubi sonabunt rivi, avesque garrient. His dictis, poeta continuo hunc fundum, quem nondum possidet, describere, ut olim Meliboeus Tityri praedia, incipit :

Là d'un costé auras la grand'closture
De saulx espez, où, pour prendre pasture,
Mouschettes à miel la fleur sucer iront
Et d'un doulx bruit souvent t'endormiront ;
Puis tost après sur le prochain bosquet
T'esveillera la pye en son caquet ;
T'esveillera aussi la tourterelle,
Pour rechanter encores de plus belle[1].

Quae praemia, subjicit Clemens, ego mereo, qui a pueris tam cantandi peritus essem, ut pater duo geminos agnos pro pingui vitulo deposuerit[2], asserens me eum postea futurum esse qui carmina regis auribus haud indigna conderem. Et quid de me fiet si nihil mihi erit auxilii ? Jam hiems (intellige senectutem) appropinquat, quae volatu clamorique volucrum significatur[3]. Sed certa mihi spes est fieri non posse ut Pan omnipotens humilis servi preces oblivíscatur. — Haec loquitur pastor, et, oratione vix habita, oves circa se revocat :

Sus, mes brebis, trouppeau petit et maigre...[4]

In ea ecloga, Tityri partes Marotus agit, sed cum, abalienata principis

1. Œuvres, I, 43-3. — Cf. *Ecl.*, I, 53 sqq. : « Hinc tibi, quae semper, vicino ab limite saepes, | « Hyblaeis apibus florem depasta salicti, | Saepe levi somnum suadebit inire susurro ; | Hinc « alta sub rupe canet frondator ad auras ; | Nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes, | « Nec gemere aeria cessabit turtur ab ulmo. »

2. Œuvres, I, 46. — Cf. *Ecl.*, III, 29 sqq.

3. Hic [illegible] videtur Marotus non *Bucolica*, sed hunc *Georgicon* locum (I, 373 sqq.), [illegible]

4. [illegible] eclogam Clemens, ut [illegible] Vergilius, concludit, [illegible] « Et par les champs ne voy arbre « [illegible] » (Œuvres, I, [illegible]) — « [illegible] » (Ibid., II, [illegible]) — Cf. *Ecl.*, I, 79-? : « [illegible] » — *Ecl.*, I, 82-3 : « Et jam summa procul villarum culmina fumant, | Majoresque « cadunt altis de montibus umbrae. »

benevolentia, in exilium pergere coactus fuit, Meliboei personam gessit, diramque lamentatus est agricolarum sortem, qui, dura lege carentes patria, huc atque illuc vagantur[1] :

> Si est ce, Pan, que ce m'est trop estrange
> Voir pastoureaux par le pays estrange
> Comme moy, laissant leurs maisonnettes,
> De veoir ainsi pastoureaux par les champs
> Ne faire plus que pitoyables chants.

Hae Maroti querelae Meliboei questibus non longe sunt dissimiles[2]. Duobus enim pastoribus eadem gemendi causa erat. Attamen Clemens certiores nos, in extremo carmine, facit se ea spe teneri ut fortuna in melius mox evadat, nosque proximum suorum malorum finem fatalis ominibus nuntiatum fuisse docet[3].

Maronis quoque eclogas imitatur, cum sibi in animo est seu aerumnas miserari, quibus Gallorum regis domus premitur, seu ea versibus ornare, quae Francisco prospere succedunt. Sic in eclogam de Ludovicae Sabaudiensis morte scriptam duos producit ovium custodes (Thenotum Colinumque), qui, primum, calamorum ceteris peritiores esse et Calliopeae Panique praestare se profitentur[4]. Dein, comiti suadet Thenotus ut aliquid de suo cantet, eumque donaturum se pollicetur duodecim cydoniis malis[5] fistulaque[6]. Tum Colinus Ludovicae memoriam verbis extollere incipit. Illa illius reginae laudatio nihil aliud est quam longa longiorque etiam ejus eclogae amplificatio, in qua Vergilius Daphnim queritur *crudeli extinctum funere*, eumque nobis ostendit limina mirantem Olympi, et nubes videntem sub pedibus sideraque. Non aliter Clemens enarrat quo modo, post matris Francisci interitum, quem sinistra cornix cecinerat[7], natura tota in luctu et squalore fuerit.

> Dès que la mort ce grand coup eut donné,
> Tous les plaisirs champestres s'assoupirent...
> Du manteau vert les prez se devestirent...
> Le grand pasteur[8] sa musette fendit,
> Ne voulant plus que de pleurs se fonder,
> Dont ses trouppeaux, qui plaindre l'entendit,

1. *Œuvres*, I, 99.
2. *Ecl.*, I, 64 sqq : « At nos hinc alii sitientes ibimus Afros, etc. »
3. *Œuvres*, I, 186 : « Puis je congnois par ce chesne tonnant | Que Pan, mon dieu, me monstre bon semblant. » — Cf. *Ecl.*, I, 16-17.
4. *Œuvres*, II, 260-1. — Cf. *Ecl.*, V, 9, 45 sqq ; VII, 21-24.
5. *Œuvres*, II, 261 : « Des coings autres six pommes et six vertz, | Des mieulx sentans qu'on ait veu depuis Mayne. » Clemens hos duos Maronis versus in animo habere videtur : « Quod potui, puero silvestri ex arbore lecta | Aurea mala decem misi ; cras altera mittam. » (*Ecl.*, III, 70-1.)
6. *Œuvres*, II, 265. — Cf. *Ecl.*, II, 36 sqq ; *Ecl.*, V, 85-7.
7. *Œuvres*, II, 266 : « Ha ! quant j'eus l'entendue (et au cueur m'en souvient) | Se fut crier la corneille | en un chesne | C'est un grand cas (dy je lors) s'il n'advient | Quelque meschef bien tost, ou | malheur a venir. » — Cf. *Ecl.*, IX, 14-15 : « Quod nisi me..... | Ante sinistra cava monuisset ab | ilice cornix, etc. »
8. His verbis rex Franciscus designatur.

> Laissa le pasteur [illegible]...
> Toutes ces [illegible]...
> Biches et cerfs [illegible] s'arrestèrent,
> Bestes de proye et bestes de pasture,
> Tous animaulx Loyse regrettèrent[1].....
> Sur l'arbre sec s'en complainct Philomène[2].

Mox tamen exclamat poeta : Jam satis flevimus ! Quid nunc tanto maerore conficiamur, cum in splendenti bonorum sede regina accipitur ?

> Elle est aux Champs Elisées receue,
> Hors des travaulx de ce monde [illegible][3].

Hic aeterna est veris temporis suavitas ; hic unquam neque deficit sol neque occidit ; jucundissimum odorem emittere certant flores, et felices umbrae, pace fruentes et gloria[4], intelligere nequeunt cur eas homines fletibus prosequantur.

Ex his apparet permultis verborum ornatibus illud poema enitere, saepiusque Clementem perite eleganterque latinum scriptorem esse imitatum. Huic tamen nullo modo comparari potest, ut qui pluribus verbis amplificare latiusque diffundere solitus fuerit quod eximia brevitate alter dixerat[5], nec solum vitare noluerit sed etiam exquisitam nimis in oratione munditiam putidioraque verba attentius requisierit[6].

At, contra, simul atque nihil cum iis commiscere constituit, quae in romani vatis libro inveniebat, praeclarissimum opus quoddam composuit. Carmen illud intelligi volumus, quo regis Francisci nepotem quemdam, eo tempore in lucem editum, concelebrat. Ut hunc infantem regia stirpe ortum omni laude cumularet, eclogam, quae *Pollio* inscribitur, imitatus est, sed adeo vestigiis Vergilii ingressus est ut quid alieni mutuatus fuerit ostendere difficillimum esset, cum omnia [illegible]. Marotus enim

1. *Œuvres*, II, 263-4. — Cf. *Ecl.*, V, 24 sqq. : « Non ulli pastos illis egere diebus | Frigida, « Daphni, boves ad flumina ; nulla neque amnem | Libavit quadrupes, nec graminis attigit « herbam. | Daphni, tuum Poenos etiam ingemuisse leones | Interitum montesque feri silvaeque « loquuntur. | ..... | — Postquam te fata tulerunt, | Ipsa Pales agros atque ipse reliquit « Apollo. | Grandia saepe quibus mandavimus hordea sulcis, | Infelix lolium et steriles nas- « cuntur avenae. »
2. Cf. : « Qualis populea maerens philomela sub umbra, etc. » *Georg.*, IV, 511 sqq.
3. *Œuvres*, II, 265. — Cf. *Ecl.*, V, 56-7 : « Candidus insuetum miratur limen Olympi, | Sub « pedibusque videt nubes et sidera Daphnis. »
4. *Œuvres*, *ibid.*, *ibid.* — [illegible] in Daphnidis laudibus non invenies, sed Vergilius beatorum sapientiumque sedes, in sexto *Aeneidos* libro (v. 637 sqq.), depinxit, et quod de Campis Elysiis dixit haud multum ab iis, quae apud Clementem legimus, discrepat.
5. Gallicus poeta [illegible] (*ibid.*, 267) ut nymphas floribus Ludovicae tumulum spargere praecipiat. Tribus verbis Maro dixerat : « Spargite humum foliis. » *Ecl.*, V, 40.
6. *Œuvres*, II, 267 : « Rien n'est là bas qui cause mort [illegible] | [illegible] « [illegible] | [illegible] « [illegible] | La Mort ne [illegible] « [illegible]. »

et Sicelidas invocat Musas[1], et auream aetatem depingit quae cum nascente puero jam resurgit, et infantem hortatur ut matrem risu cognoscat[2]. Aestimari vel uno exemplo poterit quibus lepidis versibus Francisci familiaris ea reddiderit, quae Pollionis necessarius de Saturni Astraeaeque reditu magnifice cecinerat.

At tibi prima, puer, nullo munuscula cultu
Errantes hederas passim cum baccare tellus
Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho.
Ipsae lacte domum referent distenta capellae
Ubera, nec magnos metuent armenta leones.
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.
Occidet et serpens, et fallax herba veneni
Occidet ; Assyrium vulgo nascetur amomum[3].

La terre donc, gracieux enfantin,
Te produira serpolet et plantin,
Treffle et serfeuil sans culture venus
Pour engraisser tous les troppeaulx menuz.
Les chevres lors au logis reviendront
Pleines de laict ; les brebis ne craindront
Lyon ne loup ; l'herbe qui venin porte
Et la couleuvre aux champs demourra morte,
Et l'odorant amome d'Assyrie
Sera commun comme herbe de prairie[4].

Perspicuum est scribendi genus fusum sane submissumque et quasi ingenuum, quo usus est Marotus, non minus hic esse jucundum quam grandis illa oratio vergiliana. Itaque non immerito dicas Clementem nunquam tam festive feliciterque poetas antiquos imitatum fuisse quam in iis quae de regis nepote praenuntiavit. Huic laudem illam, quam nos ipsi nunc tribuimus, olim quoque tribuit acer rigidusque litterarum existimator et arbiter, Joachimus scilicet Bellaius : « Que pleust aux Muses » ait ille « qu'en toutes les especes de poësies..... nous eussions beaucoup » de telles imitations, qu'est ceste eglogue sur la naissance du fils de » monseigneur le Dauphin, à mon gré un des meilleurs petits ouvrages » que fit onques Marot[5] ! »

Hic finis sit nobis disputantibus quid commune sit inter mantuanum

1. *Ibid.*, I, 64 : « Confortez moy, Muses siciliennes, | ... | Et permettez l'indocte bergier | « Sonner eglogue en propos assez legier | Que cy devant ; les arbres qui sont bas | Et les « taillis à tous ne plaisent pas. | Sus, à ce coup, chantons forests ramées : | Les forests sont des « grans princes aymées. » — Cf. *Ecl.*, IV, 1-3.
2. « Or sy, enfant sy, enfant bien heureux, | Donne à ta mere un doux ris amoureux | D'un « petit ris commence à la congnoistre. » *Œuvres*, I, 67. — Cf. *Ecl.*, IV, 60 : « Incipe, parve puer, « risu cognoscere matrem. » Alias etiam hujus versus meminit Clemens, et eum [illegible] [illegible] exemplo *Avant naissance du troisième enfant de Madame la Duchesse de Ferrare*, *Œuvres*, I, 69 : « Viens sans donner [illegible] [illegible] | A la mere [illegible] en qui Dieu t'a « faict naistre, | Puis d'un doux ris commence à la congnoistre. »
3. *Ecl.*, IV, 18-25.
4. *Œuvres*, I, 65.
5. *Def. et ill. de la langue fr.*, p. 40.

Maronem et eum qui gallicum Maronem se esse jactavit. Fortasse quidem de omnibus operibus, quae hic illius divitiis exornavit, non loquti sumus[1]. Sed mentionem praecipuorum fecimus, ceteraque parvi esse momenti et parum habere delectationis non sine causa viderentur.

1. [illegible] « Sic vos, non vobis, etc. » [illegible] Clemens : « J'ay trouvé moyen et loysir [illegible] | Ainsi pour vous, [illegible] | Ainsi pour vous, [illegible] | Ainsi pour vous, [illegible] du ciel, | [illegible] | Ainsi pour vous, mouches à miel, | [illegible] » (Œuvres, II, 197.) [illegible] « J'ay planté les arbres, ils en cueillent les fruicts. J'ay traynné la charrue, ils emportent la » moisson. » (Ibid., IV, 238.)

V.

QUOS E NOSTRATIBUS POETIS MAROTUS IMITATUS SIT.

§ I. — ROMAN DE LA ROSE.

« Qui... vouldroit interpreter *le Rommant de la Rose*, je dis qu'il y
» trouveroit grant bien, proffit et utilité cachez soubz l'escorce du texte,
» qui pas n'est à despriser, car il y a double gaing, recreation d'esprit et
» plaisir delectable quant au sens litteral, et utilité quant à l'intelli-
» gence morale... Car neantmoins que le principal soit ung train d'amour,
» toutesfoys il est confit de bons incidens qui dedans sont comprins et
» alleguez, causans maintes bonnes disciplines. Les philosophes naturelz
» et moraulx y peuvent aprendre : les theologiens, les astrologues, les
» geometriens, les archimistes, faiseurs de mirouers[1], paintres et autres
» gens, naiz soubz la constellation et influence des bons astres, ayans
» leur aspect sur les ingenieux et autres qui desirent sçavoir toutes
» manières d'ars et sciences[2]. » Sic loquitur Marotus de illo Guillelmi Lauriacensis et Joannis Magdunensis poemate, quod utile simul et jucundum esse profitetur. In multis aliis quoque locis poetas illos celebravit ; namque Guillelmum *Ennium gallicum*[3] vocavit, et Joannis eloquentiam sapientiamque et scientiam omni laude cumulare gavisus est[4]. Quapropter minime mirum est illum eas sententias, quae in hoc libro reperiuntur, interdum renovavisse.

Et primum, cum hoc opus assidue legeret, ei certe succurrit animi motus ingeniique dotes fictis personis exprimere, quarum aliae ab iis

1. *Guiffrey* [illegible] (*op. cit.*, II, 150) his verbis designari typographos, propterea quod [illegible] libris ab iis in vulgus prolatis inscribebatur « *Speculum* ». [illegible] *Joannem Magdunensem* de fabricandis speculis multa scripsisse (*R. de la R.*, IV, p. [illegible].)

2. *Préface du R. de la R.*, *Œuvres*, IV, 157-8.

3. *Ibid.*, II, 270.

4. « Jehan de Meun, plein de grand' ingenie... » (*Ibid.*, I, 15.) — « De Jean de Meun s'enfle le cours de Loire... » (*Ibid.*, III, 71.)

qui Amantem Rosamque creavere, alias ab ipso Maroto creatae fuerant et informatae [1]. Quoties igitur in ejus versibus personas fictas videris, pro certo habe his locum hac una ratione fuisse datum quod duo praestantissimi XIII saeculi trouvères tanquam civitate donarant.

Attamen eo laudandus est praecipue Marotus quod eam personam ab oblivione vindicavit, quae a Joanne Magdunensi tam feliciter excogitata fuerat ut astutiam et simulationem et malorum monachorum avaritiam referret, cuique nomen *Faux Semblant* imposuerat. Hanc eamdem Clemens saepe effinxit figuram, quae in memoriam nostrorum majorum redigebat quidquid in his exprobrabant qui in monasteria ingrediebantur ut potentiam divitiasque acquirerent. In carmine quodam Marotus homines istos ita laesit :

— C'est un peuple à celluy semblable
Que Jean de Meun appelle Faulx-Semblant,
Usurpant filtre de vraye Religion [2].

Et ea profecto ejus animo obversabantur, quae de isto protervo fraudulentissimoque viro apud Joannem legerat, cum Lubini fratris imaginem depingeret :

Pour courir en poste à la ville
Vingt foys, cent foys, ne sçay combien ;
Pour faire quelque chose vile,
Frere Lubin le fera bien.
. . . .
Pour desrober (comme un homme habile)
Le bien d'autruy avec le sien,
Et vous laisser sans croix ne pile,
Frere Lubin le fera bien :
On a beau dire je le tiens,
Et le presser de satisfaire,
Jamais ne vous en rendra rien,
Frere Lubin ne le peult faire.
. . . .
Il preschera en theologien,
Mais pour boire de belle eau claire,
Faictes la boire à vostre chien,
Frere Lubin ne le peult faire [3].

Nullum hic verbum inest, quod prius in his non fuerit quae *Faux-*

1. [illegible] : *Bel-Accueil* (I, [illegible]). — *Danger* ([illegible]). — [illegible] — *Crainte* ([illegible]). — *Peur* ([illegible]). — *Espoir* aut *Bon-Espoir* ([illegible]). — [illegible] — [illegible] — *Jalousie* ([illegible]). — [illegible] aut *Faux-Rapport* aut *Male-bouche* aut [illegible] ([illegible]). — *Regard* ([illegible]). — [illegible] ([illegible]). — *Esperance* ([illegible]).

2. *Ibid.*, II, 44. — Cf. *R. de la R.*, III, p. 44, v. [illegible] : « Mais de religion sans faille, | « N'en pren je grain et laiz la paille. | Por gent avugler [illegible] | [illegible] » Alias quoque de isto Clemens in *Faux-Semblant* est locutus (Œuvres, II, 190).

3. *Ibid.*, *ibid.*, 63-4.

Semblant deo Amori de moribus suis mendaciisque et sceleribus confitetur. Mira enim procacitate ea omnia prae se fert quae poeta noster Lubino crimini vertit. Permultis negotiis, inquit, intentus esse soleo, non iis tamen quae honesta sunt[1]. Mediis in urbibus domum sedemque habeo, solitudines autem nemoraque minime me juvant[2]. Sunt mihi divitiae maximae quas alterius detrimento et optimatum feneratorumque conversatione acquisivi[3]. Jam vero, macer quamvis et pallidus sim, exquisitissimis naturae fructibus vescor[4]. Adde quod nemo mihi par est, cum est de jure canonico disserendum, cumque eos qui peccata confitentur audiendi sunt[5]. Quid frater Lubinus, nisi haec, dixisset ?

Sed tum maxime praecepta Joannis de Magduno secutus est Clemens, cum de amore disputare voluit. Illud enim de Rosa carmen epicum artem amatoriam re vera esse jure existimavit[6], ex eoque multas sententias expressit. Primum in amore definiendo, eum (Joanne Magdunensi auctore) bonum simul et malum, sapientem et insanum, tristem et laetum, potentem et debilem, omnia denique in se adversa et repugnantia contrahentem, longa verborum contrarie relatorum serie, depingit[7]. Haec autem, quae de illa sententia haud injucunde adumbravit, et Joannes olim dixerat, maximam versuum copiam effundens intempestive :

> Amors ce est pais haïneuse,
> Amors est haine amoreuse,
> C'est loiautés la desloiaus,
> C'est la desloiautés loiaus ;
> C'est paor toute asseurée,
> Esperance desesperée, etc.[8]

1. *R. de la R.*, III, p. 141, v. 12230 sqq : « Ge m'entremet de corretages, | Ge fais pais, ge « joing mariages, | Sor moi preng executions, | Et vois en procuracions ; | Messagiers sui et « fais enquestes | *Qui ne me sunt pas moult honestes*, etc. »

2. *Ibid.*, *ibid.*, p. 120, v. 11961 sqq : « Si n'ai mais cure d'ermitages, | J'ai laissiés desers et « boscages, | ..... | Es bors, es chastiaus, es cités | Fais mes sales et mes palais... »

3. *Ibid.*, *ibid.*, p. [illegible], v. 11780 sqq : « — Tu vas preeschant povreté. | — Voir, mais riche « sui à planté ; | Mes, combien que povre me faingne, | Nul povre je ne contrefaingne. | — | « Mès d'un riche usurier malade | La visitance est bonne et sade | ..... | Car g'en cuit deniers « aporter. » Vide etiam apud Marotum (*Œuvres*, II, 250) : « Car si tu n'as vaillant que ta « chanson, | Tiens toy certain qu'après le tien trespas | Il n'y aura ne couvent ne eglise | Qui « pour toy sonne ne chante ne face un pas. » — Cf. denique *Lenglet-Dufresnoy*, *op. cit.*, III, [illegible].

4. *R. de la R.*, ubi supra : « Tu vas preeschant astenance. | — Voire voir, mès g'emple ma « pance | De bons morsiaus et de bons vins. »

5. *Ibid.*, *ibid.*, p. 170, v. [illegible] sqq.

6. Vide *Langlois*, *Origines et sources du R. de la R.*, part. I, cap. I.

7. *Œuvres*, I, 298 : « Je ne dis pas qu'Amour ne soit bon homme, | Bon fils, bon fol, sage, « bon gentilhomme, | Hardy, couard, honteux, audacieux, | Fier, humble, fin, simple, [illegible] « [illegible], | Malade et sain, aigre et doux, fantastique, | Paile, sanguin, joyeux, melanco- « lique, etc. »

8. *R. de la R.*, II, p. 18, v. [illegible] sqq. — Cf. Alanum Aurigam, p. [illegible], *Le Débat des deux fortunés d'Amours* : « Amours... c'est bien grevable, | Mal vicieux, fermeté variable, | Arreste « mouvant, legiereté estable, | Doleur, soulas, [illegible], | Joye [illegible], | [illegible] « reprouché, honneur peu honnorable, | Aigre douceur, beauté [illegible], | Bataille paix et « guerre [illegible], etc. »

Eumdem quoque medii aevi scriptorem imitatur Marotus, cum, amorem veluti virtutem quamdam existimans, homines posse vivere et merito vituperandos esse contendit, qui mulierum conversationem benevolentiamque non requirunt, et principes regesque docet duabus tantum virtutibus — comitate scilicet erga amicas et in bellando fortitudine[1] — gloriam acquiri posse. Haec enim omnia vetus auctor hoc modo antea edixerat :

Quiconques tent à gentillece...
Humble cuer ait, cortois et gent
En tretous leus, vers toute gent,
Fors sans plus vers ses anemis...
Dames honort et damoiseles... [2]

Is autem, qui hos versus scribebat, ingenium erat asperum et mordax. Itaque multo magis in amantium dolores quam gaudia animum intendit, et in miseriam angoresque diutius incubuit et libentius, quibus ii, qui se totos mulieribus tradidere, excruciantur. Hoc quoque sedulo animadvertit Clemens qui, illo duce, ostendere non omisit quomodo amore decipi et in periculum adduci soleamus. Jam Joannes professus erat neminem amicae confidere posse, quia mulieres omnes ad officia deserenda humanis legibus imposita, vindicandamque libertatem natura incitantur. Sui juris esse volunt. Illae etiam (ut eximiam prius poetae figuram usurpemus) quae jugum libenter ferre videntur, silvestribus avibus in cavea inclusis similes sunt, quae, vel optimis seminibus exquisitissimisque escis affluentes, nihil aliud cupiunt quam per aera volitare et ad natales redire arbores.

Li oisillons du vert boscage,
Quant il est pris et mis en cage,
Norris moult ententivement
Leans delicieusement,
Et chante, tant com sera vis,
De cuer gai, ce vous est avis ;
Si desire il les bois ramés,
Qu'il a naturelment amés,
Et vorroit sur les arbres estre[3].

In quadam elegia, in qua nobilis uxorem ostendit de marito suo querentem, hac eadem collatione usus est Clemens, ubi quoque quo ex fonte eam hauserit aperte declaravit :

Or je l'oyseau nourri en son langage
(Comme dit Meung)[4] qui appris tient en cage...

1. *Œuvres*, I, 3 : « En ta jeunesse est preuve de valeur [......] Le noble estat des armes doibt « comprendre, [Et la haute Court d'honnesteté apprendre. » Cf. Coquillart, *Œuvres*, II, *Le Blason des armes et des dames*, p. 165-71 : « A l'entrée jeunes et joyeulx : Il y a des passe « temps doulx [......] Ce sont les Armes et les Dames. »
2. *R. de la R.*, IV, p. 172, v. 18779 sqq.
3. *Ibid.*, III, p. 174, v. 14013 sqq.
4. [illegible]

Pourquoi [illegible]
[illegible]

Si Joanni de Magduno fidem habeas, non mutabilem tantum et infidam feminarum indolem, verum etiam earum avaritiam homines reformidare debent. Dea enim, quae Paupertas appellatur, nunquam amantem quo tendit ducere potest; ea autem, cui nomen Divitiae est aut Largitio, distantia repugnantiaque divellit omnia, claustra refringit, custodes corrumpit et amovet, facile denique parvoque labore efficit quidquid antea fieri non posse videbatur[2]. Ex his intellige — quod quidem infra Joannes dilucide renuntiat — mulieres ita plerumque sese gerere ut munera a juvenibus quam pulcherrima auferant[3]. Quae munera ista? dicet aliquis. Magnopere erraret ille seque simpliciorem praeberet qui, oblatis versibus lepidis aut jucundis cantibus, puellarum benevolentiam occupare crederet. Eas enim non istiusmodi sed lautissima et quasi in solido posita dona unice juvant.

Neporquant s'il me requeroit
Conseil, savoir se bon seroit
Qu'il feïst rimes jolietes,
Motez, fabliaus, ou chançonetes
Qu'il vueille à s'amie envoier
Por li chevir et apaier
Ha, las! de ce ne puet chaloir[4],
Biau dit i puet trop poi valoir.
Mes une grant borse pesant,
Toute farsie de besans,
Se la veoit saillir en place,
Tost i corroit à plaines braces[5].

Nunc duos juvenes audiamus, quorum, in brevi quadam comoedia, intimas cogitationes nobis Marotus tradidit. Quorum alter queritur se a femina, quam, amore captus, officiis blanditiisque prosequebatur, fuisse repulsum. Alter autem amico respondet eum aut non satis multo, aut certe non idonea munera largitum esse :

« [illegible], comme larron, | Et l'espée par [illegible], | [illegible] entre les [illegible], | Pour la « faire à son bras venir, | Tant que pris le [illegible] tour. » (Ibid., IV, p. [illegible], v. [illegible] sqq.)

1. Œuvres, II, 18. — In satira, cujus inscriptio est *Enfer*, poeta [illegible] judices qui, [illegible] culpam quam non admisit [illegible] : « ...Tous ces motz allectans | Font souvenir de l'oyselleur des champs, | Qui « doulcement faict chanter son sublet | Pour prendre au bric l'oyseau nyce et foyblet, | Lequel « languit ou meurt à la pippée. » (*Ibid.*, I, 56.) — [illegible] (*Le Débat des deux fortunés d'Amours*, p. [illegible].)

2. *R. de la R.*, II, p. 248, v. 8195 sqq.

3. *Ibid.*, *ibid.*, p. 272, v. 8577-9 : « Si connois-je voir presque toutes | Convoiteuses de « prendre, et glotes | De ravir et de devorer. » — Hanc sententiam [illegible] Ovidius. Cf. *Art. amat.*, I, 419-[illegible] : « [illegible] | [illegible] « opes. » — *Rem. am.*, 749 : « Non habet unde suum paupertas pascat amorem. »

4. In contrarium disputat Naso *Art. am.*, I, [illegible] : « [illegible] | [illegible] »

5. *R. de la R.*, II, p. 270, v. [illegible] sqq.

— J'ay faict tout ce qu'on sçauroit faire ;
J'ay soupiré, j'ay faict des vers,
J'ay conceu de beaux escriptz...
— Encores n'est ce pas assez.

. . . .

— Quand elle venoit au sermon,
Je l'attendois au benoistier
Pour luy donner de l'eau beniste.

. . . .

J'ay baisé la paix après elle [1].

. . . .

— Encores n'est ce pas assez.
Il falloit estre diligent
De luy donner... — Quoy ? — De l'argent,
Quelque chaisne d'or bien pesante [2],
Quelque esmeraude bien luysante,
Quelques patenostres de pris ;
Tout soudain cela seroit pris [3].

Cum igitur Marotus de mulieribus suae aetatis tam maligne aut sentiret aut sentire se fingeret, non est quod mireris eum, quo majore ignominia eas afficeret, libentissime retulisse quae majores de antiquis moribus tradiderant. Olim, inquit, in omnibus terris et in omnium animis virtus vigebat, amorque, utilitatem lucrumque contemnens, nulla cupiditate inquinabatur [4] :

Au bon vieulx temps un train d'amour regnoit
Qui sans grand art et dons se demenoit,
Si qu'un bouquet donné d'amour profonde,
C'estoit donner toute la terre ronde,
Car seulement au cueur on se prenoit.

Concinni sane videntur versus illi, dignique quos, cum propter orationis elegantiam tum ob verborum lenitatem, valde laudemus ; sed sententiam ex eodem fonte, quo multas et alias, Marotus hausit, ea non incallide imitatus quae jam dixerat Joannes Magdunensis :

Jadis, au tens des premiers peres
Et de nos premeraines meres...
Furent amors loiaus et fines,
Sans convoitise et sans rapines [5].

Alio etiam in loco, adulescentulis fortunas in munera non effundere, sed modica quaedam et mediocria tantum amicae afferre praecipit :

1. Conferas Clementinis his Alani Aurigae [illegible] quaedam non dissimilia : « L'amant s'en | va à l'Eglise environner, | Et l'eaue benoiste y est [illegible] donner, | Et la paix prendre | Tout à voulenté [illegible] pour luy porter et tendre, | Car c'est le bien où il veult bien entendre, | Qui après | elle baiser sans plus attendre. » (Le Débat des deux fortunez d'Amours, p. 226.)
2. In epistola ad [illegible], Marotus [illegible] (Œuvres, I, 192.)
3. *Ibid.*, *ibid.*
4. *Ibid.*, II, 154.
5. *R. de la R.*, II, p. 279, v. 9511 sqq.

[illegible],
[illegible] [1]

Illa sunt quae inter Marotum et Joannem de Magduno communia invenire potuimus. — Sed hic noster Guillelmum quoque Lauriacensem imitatus est in priore ejus carminis parte, quod juvenis condidit, et « Templum Cupidinis » inscripsit.

In eo enarrat quomodo Veneris filii sagittis vulneratus fuerit[2], et, adempta omni spe flectendae *dominae*, iter facere per totum terrarum orbem inceperit, fanum dum quaerit Firmo Amori deo, ut audierat, dicatum. Postquam diu erravit, eo tandem advenit quo tendebat et sacrum invisit, scilicet non monumentum ex lapide et marmore factum, sed pulcherrimum hortum, cujus jucunditatem deliciasque versibus plurimis depingit. Guillelmus vero Lauriacensis, complures ipse scriptores imitatus[3], Cupidinem in amoeno pomario habitare finxerat, et quae de eo suavissimo loco enarraverat, eadem Clemens summa diligentia iterum profert. A foris sedem Amoris intuetur, ubi aves, inquit, dulce canunt, earumque voces cum Tityri aliorumque multorum pastorum cantibus consonant, quorum fistulae per nemora late audiuntur. Praeterea huc atque illuc fluunt rivuli per gramina arborum altissimarum ramis opacata :

Car environ de ce divin pourpris
Y souspiroit le doulx vent Zephyrus,
Et y chantoit le gaillard Tityrus[4].
Le grand dieu Pan avec ses pastoureaux,
Gardans brebis, boeufz, vaches et taureaux,
Faisoit sonner chalumeaux, cornemuses[5]
Les oyseletz par grand joie et deduyt
De leurs gosiers respondent à tel bruyt[6].

1. *Ibid.*, *ibid.*, p. 318, v. 7767-8. — Notatum merito fuit (Cf. *ibid.*, p. 125, n. 61) [illegible] nostrum potuisse, cum prioris aetatis [illegible] laudibus ornaret, [illegible] horum versuum reperire, quae *Coquillard* de eadem re scripserat : « Où a veu les anciens « jours, | Que [illegible] pour ung tabouret, | Pour un espinglier de velours, | [illegible] pour « ung petit touret. | Aujourd'huy, il fault le carreau, | Ou la [illegible] d'ung grant pris, | De « [illegible] dix escuz d'ung tret, | Ou la [illegible] de gris. » (*Droitz nouveaulx*, § *De* [illegible], t. I, p. 174.)

2. *Œuvres*, I, 9. — Cf. *R. de la R.*, I, p. 112 sqq.

3. Vide *Langlois*, *Origines et sources du R. de la R.*, part. I, cap. II. — Guillelmum Lauriacensem, qui alios imitatus est, saepe et ipsi sunt imitati. [illegible] *Roman de la Rose* [illegible] Guillelmus [illegible] tamquam [illegible]

4. Cf. Joannem *Lemaire de Belges*, *Œuvres*, III, p. 160 (*Temple de Venus*) : « [illegible] | Le franc Tityre [illegible] »

5. *Ibid.*, *ibid.* : « Les pastoureaux [illegible] | [illegible] « [illegible] »

6. *R. de la R.*, I, p. 33 sqq. : « [illegible] | [illegible] « [illegible] | — | Trop parfetement bel servise | [illegible] | Il [illegible] « [illegible] » — (*Cf.* [illegible] *Phyllidis et Florae*, (Langlois, op. cit., p. 11) : « [illegible] | — | [illegible]

[illegible]

Haud aliter loquitur est Guillelmus Lauriacensis, sed iis praesertim, quae de duobus horti janitoribus nos docuit, manifestum est Clementem ab illo exemplum cepisse. Prior enim janitor, formosus adolescens, comisque et mansuetus, advenas amice excipit, et nomen *Bel Accueil* ex urbanitate et benevolentia ducit; alter autem, rusticus et visu horrendus, incultus, asper, crudelis, nomine *Dangier*, quemcumque in compositum venit gravi clava repellit :

[illegible]

Neque negari hos eosdem ostiarios apud Guillelmum Lauriacensem primas partes suscipere, et, in vetere poemate, ut Clemens ipse in suo refert, hunc humane benigneque, illum vero minis et verberibus Amantem excipere solere [1].

Attamen, invito illo custode fero, Marotus medium in templum ingreditur. — Hic finem habet prior pars illius opusculi, de quo nunc agitur. Etenim Guillelmi vestigiis poeta non jam insistit, et duces alios sequi maluit. Idem id nos lectamus, et nunc cum eo intraverimus, quae duobus viris praecipue [1] subripuerit, qui de Rosa ab Amante decerpenda jam

[illegible]

multa disseruerant, quid ab aliis Galliae scriptoribus sumpserit ostendendum est.

§ 2. — JOANNES LEMAIRE DE BELGES [1], COQUILLARD, VILLO ATQUE ALII.

Primum quod ad « Templum Cupidinis » attinet ad finem perducere nobis opportunum videtur.

Guillelmus Louriacensis graviter serioque, nec secus ac si iis quae enarrabat fidem ipse tribueret, de Veneris filii aede atque aula locutus erat. Marotus vero, cui laetum erat facetumque ingenium, non longam moram interposuit quin jocosis protervisque verbis uteretur, quibus Amoris sacrarium depingeret. Quod sine ullo facete dicto inceperat deridens conficere voluit. Transfert enim, si ita dicere licet, in locum, in quo turpissimae voluptates celebrantur extremaeque libidines, omnia quae, in catholicis ecclesiis, religionum caerimoniis prosunt. Sic, in eo Amori dicato fano (nam Marotus nonnunquam se de horto loqui obliviscitur), cereos, reliquias, baptisteria, cantharos, necnon missalia breviariaque videas. Neque subjicere opus est omnia illa, apud Cupidinem, ad sacra minime pertinere. Adde quod divina mysteria in hoc templo complentur. Quae sunt eleemosynae ! Quae cantica canunt monachi ! Quibus votis sese obligant ! Quae pompae aut potius qui chori ab iis ducuntur !

Noli credere Clementem hanc ridiculam rerum divinarum imitationem primus excogitasse. Plurimi enim aut antea aut iisdem temporibus [2] sacra eo modo profanis miscuerant, et ita factum est ut nunc eruditi profiteri dubitaverint quem potissime Marotus secutus esset. Si *Gouffrey* fidem habere velles [3], hoc Clementis carmen ei simile esset, quod Molinetus de « Templo Martis » nobis tradidit. Sed ad sententiam illam accedere nequimus, nam, in Molineti versibus, arma omniaque militibus in proe-

omnia deae Naturae veluti sacerdotem nobis ostendit, a Clemente juxta Cupidinem, ut archipresbyteri munere, collocatam fuisse. (*Œuvres*, I, 19.) — Cf. Lemaire de Belges, ubi sup., p. 108 : « C'est un lieu dict « Paradis terrestre », [illegible] »

1. Quamvis scriptor ille aetate inferior quam Guillelmus *Coquillard* et Villo, de illo primum loqui constituimus, ne id intermitteremus quod nobis de *Templo Cupidinis* disserendum est.

2. Rabelaisii librum praesertim significare volumus. Thelemitarum enim monasterium (*Garg.*, LII-LVIII) Templo Cupidinis prorsus est simile. In ea abbatia juvenes [illegible] [illegible] fas [illegible] Sed Clementis Rabelaesiique [illegible] [illegible] [illegible]

3. [illegible] (*op. cit.*, II, 67) Clementis [illegible], de quo nunc agitur, [illegible], quae Joannes *Lemaire de Belges* de *Templo Veneris* (Cf. d'Héricault, op. cit., p. LIII), Rabelaesius de *Thelemitarum* monasterio, Joannes *Leblond* de *Templo Dianae*, Martinus *Le Franc*, in libro qui inscribitur *Champion des Dames*, [illegible] [illegible] Molineti opera [illegible] (Cf. [illegible], op. cit., I, 270-7.)

illis clarificationeque et consecratione [illegible] quae sacerdotibus ad rem divinam faciendam prosunt[1]. Quamobrem si hoc opus eadem ratione conditum est, quo poeta noster in suo usus est, tantum tamen ab hoc carmine, quantum Mars a Venere, discrepat. Satius igitur erit anteriorem Maroti poema illi a nobis comparari, in quo Joannes *Lemaire de Belges* « Templum Veneris » aut potius voluptatis illecebras diserte satis recensuit. — Hujus scripti nonnulla verba referamus :

…[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Brandissant au vent d'une et d'autre partie,
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Là est Venus par musique [illegible],
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible][2].

Si nunc Clementis versus legimus, eadem nobis occurrent similia, quae tamen lepidius et cum majore cura ne quid indecore diceret protulit :

Les vitres sont de clair et fin crystal
Où peinctes sont les gestes autentiques
De ceulx qui ont jadis de cueur loyal
Bien observé d'Amours les loix antiques…
…[illegible]
…[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Et rossignols au gay courage
Qui sur buyssons de verd boscage
Chantent le joly chant ramage
Pour Venus, Bacchus et Cérès…

1. « La Bible de ce temple [illegible] » [illegible], II, [illegible].)
2. Œuvres, III, Temple de Venus, p. [illegible].

Les chantres sont [illegible] et [illegible]
[illegible] ce [illegible], [illegible] [illegible].
[illegible]. [illegible], [illegible] et [illegible]...
Ovide, maistre Alain Charretier,
Petrarque, aussi le Romant de la Rose,
Sont les messelz, breviaire et psaultier
Qu'en ce sainct temple on lit en rithme et prose,
Et les leçons que chanter on y ose,
Ce sont rondeaulx, ballades, virelais [1].

Negare, ut nostra quidem fert opinio, non potest qui hos versus legerit eos a Joanne *Lemaire de Belges* Clementem mutuatum esse. Attamen, quamvis illius viri aemulum sese praebere studeret, nonne sententiam quoque veteris cujusdam scriptoris — Guillelmi *Coquillard* —, a quo valde delectabatur [2], in eo loco referre constituit ? Hic Guillelmus enim primus fuit, ni fallimur, qui ea quae ad amorem et ad rem divinam attinent, paucis quidem verbis, comparaverit. In suo *de Jure Novo* opere, mulieres omnes profitetur in monasteria ingressuras esse, ea tamen conditione ut in omnium rerum abundantia viverent, quae voluptates irritare queunt, et vitam mollem, delicatam et otiosam exercerent [3] :

Mais que le *cloistre* et *refectoir*
Fussent de vallée separées,
Que le *chapitre* et le *dortoir*
Fussent belles chambres notées ;
Leurs *librairies*, chambres [illegible],
Leurs *cloches*, [illegible], [illegible] ;
Leurs *fruitz*, robes bien parées ;
Leurs [illegible], [illegible] et colliers ;
Leurs *ceremonies*, de [illegible] ;
Leurs *beaux pères*, jeunes enfans ;
Leurs *confesseurs*, beaux escuyers ;
Trestous en l'aage de vingt ans.
Telles femmes, comme j'entens,
Doibvent, par presumption clere,
User leur jeunesse et leur temps
En ung tel *cloistre et monastère* ?

His versibus, quos multi olim comprobavisse videntur [4], Clemens sine dubio et fortasse Rabelaesius incitati fuerunt ad ea scribenda, quae ad Templum Cupidinis pertinent aut ad Thelemitanam abbatiam. Haec opinio, quam hic producimus, eo magis veri est similis quod Guillelmum *Coquillard* non semel Marotus imitatus est [5]. Quin immo nonnulla illius verba — hoc tamen non pro certo affirmare sed conjectura tantum au-

1. *Œuvres*, I, 16-20.
2. *Ibid.*, III, 71 : « De Coquillart s'esjouyt la Champaigne. »
3. *Jura Nova*, § de Presumptionibus, *Œuvres*, I, 100-102.
4. *Ad verbum exscribuntur in quodam carmine* — Les Presumptions des Femmes, Rothomagi, ineunte XVI° saeculo, edito (Montaiglon, *Rec. des poesies fr. des XV° et XVI° siècles*, III, 232 sqq.)
5. Vide supra p. 59, n. 1 ; p. 62, n. 1.

gurari licet — in duobus illis operibus amplificavit (*Blasons du beau et du laid tetin*[1]), propter quae omnium undique laudem collegit.

Peculiari ingenii sui natura adducebatur Marotus ut suos viros imprimis diligeret qui, ut ille vetus *parisiensis* poeta, vitiis se tradebant vituperandis, inimicosque acriter aggredi et orationi sales inspergere gaudebant. Quamobrem Clemens unus est discipulus Villonis, cujus, licet mores, industriam saltem facilitatemque magni faciebat[2]. Etenim illum praedicat « le meilleur poete parisien qui se trouve », atque ejus carmina edidisse renuntiat « pour l'amour de son gentil entendement, et en « recompense de ce qu'il peut avoir aprins de luy ». Imo adolescentulos, qui litterarum gloriam affectant, monet ut decerpant « ses sen- « tences comme belles fleurs », itaque praecipit « que de luy apreignent « à proprement descrire, et qu'ils contrefacent sa veine, mesmement « celle dont il use en ses ballades, qui est vrayement belle et heroique[3] ».

Apud Clementem nonnulla mirabere dicendi lumina, quae in scriptis clerici parisiensis emicant. Ut Villo, ad summam omnium rerum inopiam redactus, quemdam ex suis patronis nobilium rogaverat, additis his facetis dictis : « Hanc pecuniam tibi me posterius solvere spondeo, quam tamen exigere si te spes aliqua tenet, operam tantum perdes et nummos », sic Francisci prioris famulus, ab eo rege cum nummos quosdam impetravisset, profitetur se quod acceperat neque infitiari neque persolvere velle. Hanc festivam sponsionem ad hunc modum scripserant duo poetae :

Françoys Villon, que travail a dompté...
Vous supplie, par ceste humble escripture,
Que luy faciez quelque gracieux prest.
De s'obliger en toutes cours est prest,
Si ne doubtez que bien ne vous contente,
Sans y avoir dommaige n'interest.
Vous n'y perdrez seulement que l'attente[4].

Puis que le Roy a desir de me faire
A ce besoing quelque gracieux prest,
Puis suis content, car j'en ay bien affaire,
Et de signer ne fus oncques si prest.
Parquoy vous pry expedie de condition c'est
Qu'il vende, cabelle. Affin qu'il se contente,
Je le feray tant comme (il Dieu plaist);
Qu'il n'y perdra que l'argent et l'attente[5].

Quemadmodum eadem sermonis arte patronos alloquuntur ambo, sic inimicos quoque similibus interdum contumeliis afficiunt. Infelix enim

1. *Œuvres*, III, 52-56. — Cf. *Jura Nova*, § de *Jure maritali*, *Œuvres*, I, 56-9. — Hanc fabulam Clementis opera imitatus est *Ronsardus*. (*Poésies publiées par D. Comme*, Paris, 1877, *Sonnets* IX et X, p. 13-15.)
2. *Œuvres*, III, 108, *Epigr.* CCXIX.
3. *Ibid.*, IV, 190-2.
4. *Œuvres de Fr. Villon*, p. 115.
5. *Œuvres*, I, 199. — Cf. *Les Poésies de Guil. Cretin*, p. 199.

XV[i] saeculi scriptor in *Magno Testamento* precatur ut eorum linguae, qui falsis criminibus alios circumveniunt, simul cum venenatis animalibus turpibus et sordidis rebusque quae in terris reperiri possunt, in eadem sartagine decoquantur[1]. Quam horrendam execrationem profecto non minuerat Marotus, cum ut unus ex adversariis morbis conficeretur foedissimis, immo etiam altero oculo orbus fieret, crudeliter optaret[2].

Sed in illis versibus acerbis nimium ne diutius commoremur. Melius nobis videtur in memoriam legentis illud insigne carmen redigere, quod Villo de mulieribus condidit, quae, olim pulchritudine praeclarae, jam nunc nihil aliud sunt nisi pulvis et umbrae et vana nomina[3]. Clemens quidem, cum fortasse — et non sine causa — hoc opus iterum tractare dubitaret, eamdem materiam litteris non persecutus est, sed unum saltem versum scripsit, quo perspicuum fit eum didicisse et memoria custodivisse quod de brevitate vitae rerumque humanarum inconstantia parisiensis poeta cecinerat[4].

Cum Villo mortalium fortunam illo modo miseraretur, in eo erat — aut certe credebat — ut, capite damnatus, laqueo mortem obiret. Supplicium illud, haud secus ac si ejus atrocitatem animo praesentire vellet, quibusdam versibus expressit, qui, propter vim valde laudandi, terrorem misericordiamque magnopere concitant. Ipse enim sibi subjecit oculis cadaver suum, infelici arbori suspensum, vento agitatum, mox aspersum imbribus, corvorum denique laceratum rostris, horrendum transeuntibus spectaculum :

La pluye nous a debuez et lavez,
Et le soleil dessechez et noirciz,
Pies, corbeaulx nous ont les yeux cavez,
Et arrachez la barbe et les sourcilz.
Jamais, nul temps, nous ne sommes rassis ;
Puis ça, puis la, comme le vent varie,
A son plaisir sans cesser nous charie,
Plus becquetez d'oyseaulx que dez à couldre.
Ne soyez donc de nostre confrairie,
Mais priez Dieu que tous nous vueille absouldre[5].

Quibus versibus nihil vel pulchrius vel eloquentius apud medii aevi scriptores invenias. Cum autem recte intellexisset Marotus nihil dignius esse quod imitaretur, sententiam eamdem novis verbis reddidit. Ea vero finxit esse dicta a spectatissimo horum temporum viro, Semblançay nomine, qui, e summo honorum fastigio ad miserrimam usque vitam

1. Cf. *Testament*, 76-7 : « En realgar, en arcenic rocher, etc. »
2. *Œuvres*, I, 124 : « [illegible] »
3. Cf. *Testament*, 84-5.
4. *Œuvres*, II, 254 : « Ne sçay où gist Helaine en qui beauté gisoit. »
5. Vide *Œuvres de Fr. Villon*, p. 199.

delapsus[1], laqueo periit. Tum suspensum cadaver, caeli inclementiis vexatum, ibi verbis — vel enim apud poetas vox etiam mortuis — infelicissimam suam deplorat sortem :

> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> Mon corps ..., et, quand il est possible,
> [illegible]
> Ne plus ne moins que ... d'osier ...
> Mes yeulx, jadis ...
> [illegible]
> Mon corps pendu ...
> [illegible]
> [illegible]

Quemadmodum Villo, sic ille vir, dives quondam florensque auctoritate, vivis in extrema mandat oratione ut Deum pro se orent :

> Priez à Dieu (ô peuple venerable!)
> Que l'ame soit tousiours sans ennuy :
> Mandez que le corps . . . . [2]

Quamvis haec non sint quae jure reprehendamus, nobis tamen fatendum est in exemplari inesse quiddam, cum propter vim versuum, tum ob eorumdem nativam simplicitatem, quo magis commoveamur. Poeta enim XV saeculi suam ipsius calamitatem dolebat, Clemens autem alterius mortem. Necesse igitur erat illum primas in narrando obtinere qui, instante jam carnifice, de supplicio suo verba fecerat.

Sed liceat nunc animum ab hoc tristi spectaculo deflectamus, inquiramusque potius quid ex ea tam laeta tamque faceta fabula mutuatus sit Marotus, in qua Pathelinus advocatus primas partes suscipit. Nequaquam enim dubium est quin eam legerit Clemens noster, cum id ipse profiteatur, parisiensibusque mulieribus quibusdam, quarum iram concitaverat imprudens, haec dicat :

> *Vous me serez tousiours plus rigoureuses*
> *Que le drappier au berger ...* [3]

Jam vero notabis in Maroti carminibus verba quaedam, ex hac fabula sane petita[4], et facetias vel ab advocato vel a Guillelmo mercatore olim jactatas. Hic enim, cum Deum testatur se lanam emisse, et magni

1. [illegible] (Œuvres, III, 19, Épigr. ...)
2. Ibid., II, p. ..., El. XXII.
3. Ibid., I, ...
4. Ibid., ..., 125 : « Elle ... » — Cf. Path., ... « ... »

quidem, omisso, his utitur verbis ridiculis — quae viri simplicitas! — lamentoque digestis :

> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible][1]

Nec alio pacto Marotus in epistula quam, Lugduno decedens, ad [illegible], illius urbis mulieres alloquitur :

> Adieu, dames claires et belles,
> Allez vous dy, comme le jour[2].

Ecce aliud nunc exemplum quod, nostra quidem sententia, ad demonstrandum plurimum valet. Nam quemadmodum callidus pastor (l'Aignelet), postquam ovium domini complures necavit, dein vel comedit vel pretio dedit, satellitem memorat a judice fuisse ad se missum, eumdemque sibi diem dixisse et criminis libellum perlegisse, simulatque, quo magis innocentia simplicitasque appareat, se qualis esset ille nescisse, nedum quid a se peteretur intelligere posset :

> Ne sçay quel vestu de raye,
> Mon bon seigneur, tout desvoyé,
> Qui tenoit ung fouet sans corde,
> M'a dict... Mais je ne me recorde
> Point bien, pour vray, ce que peut estre.
> Il m'a parlé de vous, mon maistre,
> Et ne sçay quelle ajournerie.
> Quant à moy, par sainte Marie !
> Je n'y entends ne gros ne gresle[3].

non aliter Clemens, cum Francisco priori enarrat quomodo, captivum ad carcerem ductum dum in libertatem vindicare tentat, ipse fit comprehensus vinculisque oneratus, contendit primum — haud secus ac si judicum ministros nunquam vidisset — se omnino ignorare quales ii sint a quibus est apprehensus :

> Trois grands pendars vindrent à l'estourdie
> En ce palais me dire en désarroy[4] :
> « Nous vous faisons prisonnier par le Roy ! »[5]

1. Ibid., p. 24. — Intelligas licet : « [illegible] »
2. Œuvres, I, 187. — [illegible] (Pant., II, XII.)
3. Path., p. 99-[illegible].
4. Cf. in Pathelini fabula : « [illegible] »
5. Œuvres, I, 181.

Deinde affirmat se libelli verba prorsus non intellexisse, quo nuntiata fuit comprehensio :

> Puis m'a leu [illegible] ma [illegible] sentence,
> Où n'y avoit seul mot de [illegible]
> Il ne parloit tant que de playdoirie,
> De conseilliers et d'emprisonnements [1].

« Nolo, inquit, in jus ire meam causam acturus :

> Ne plaidez point : ce n'est que tout ennuy.

Confiteor me peccavisse dignumque esse quem pecunia judices mulctent. Utinam vindices rex jubeat me e vinculis emittere :

> Et si j'en sors, j'espere qu'à grand'peine
> M'y reverront si on ne m'y rameine [2]. »

Iis omnino pastor in comoedia loquitur. Primum enim a Guillelmo domino petit ne ad judicem trahatur :

> Mon seigneur, [illegible] :
> Pour Dieu ! que je ne plaide point [3] !

Deinde, cum ei Pathelinus carcerem crucemve minatur, satellitemque jamjam accessit, sic fugiens exclamat :

> S'il me treuve, je luy pardonne [4] !

Haec sane in epistula comoediaque ut similia notanda erant. — Et nunc cum ita monstraverimus quae Maroto fuerint cum medii aevi poetis communia, hujusque operis finem jam facturi simus, unum tamen aut alterum etiam afferemus exemplum. Versus enim nonnullos imitatus est Clemens carminis cujusdam, quod a Basselino scriptum falso putatur, antiquioris autem poetae videtur esse [5]. — Fortasse denique fecit, quod jure patefacere possumus, cum praepinguis presbyteri personam produceret qui, quamvis dives felixque sit et opipare epuletur, laborem tamen sacra faciendi dolet :

> Un gros prieur son petit-filz baisoit
> Et mignardoit au matin en sa couche,
> Tandis rostir sa perdrix on faisoit.
> Se leve, crache, esmeutit et se mouche ;

1. Ibid., ibid. — Monendum, in nova editione [illegible] « emprisonnements » dicti pro « emprisonnement ». — Cf. Path., ubi legitur : « [illegible] ».
2. Ibid., p. 196.
3. Path., p. 94.
4. Ibid., p. 126.
5. Œuvres, III, 112, Epigr. CCLXXVIII. — « Le vin qui trop cher m'est vendu | M'a la « force des yeulx ravye ; | Pour autant il m'est deffendu, | ...... | Mais puisque trop aimé j'ai ce « vin, | ...... | Les yeulx ne seront point les maistres | Sur tout le corps, car, par raison, | « J'aymeroys mieulx perdre les fenestres | Que perdre toute la maison. » — Cf. Vaux de Vire d'Olivier Basselin et de Jean le Houx, édit. P.-L. Jacob (Paris, Garnier), p. 10 : « On dit qu'il « [illegible] nuit aux yeux ; mais seront-ils les maistres ? | Le vin est guarison | De mes maux ; « J'ayme mieux perdre les deux fenestres | Que toute la maison. »

> La perdrix vire ; au sel de broque en bouche
> La devora ; bien sçavoit la science ;
> Puis quand il eut prins sur sa conscience
> Broc de vin blanc, du meilleur qu'on eslise :
> « Mon Dieu, dit-il, donne moy patience ;
> Qu'on a de maulx pour servir saincte Eglise ! » (1)

Huc re vera nihil aliud est quam locus quidam in breve callide contractus perlongae satirae, XVᵉ saeculo ab Henrico *Baude* scriptae, in qua canonicum effinxerat cum puero ante horam coenae ludentem :

> En ung seul lit, vis, entre huit et dix,
> Pris d'ung grant feu, ung chanoine bien gros....
> Son filz tenoit petitet sur son bras,
> En l'accolant luy ryt, et puis le baise....
> Et sur ce poinct on apporta la souppe,
> Où il congnoist que le disner s'advance.
> Alors s'estend, il se froitte, il se grate....
> La teste le prent, et il prent sa chemise....
> « Mon Dieu, dit-il, donnez moy patience !
> Qu'on a de maulx pour servir saincte Eglise ! » (2)

Vim magnam certe multosque sales adhibuit Henricus *Baude* in his clericorum moribus reprehendendis, opusque dignum erat quod valde probaretur. Quae in illo eminebant et quasi elucebant sibi assumpsit Marotus, eaque sic in versus decem congessit ut ejus carmini vis major majorque delectatio inesset quam ei, multo sane longiori, a quo epigramma mutuatus erat.

§ 3. — DE IIS QUAE COMMUNIA REPERIANTUR INTER MAROTUM ILLUSTRISSIMOSQUE AETATIS EJUS SCRIPTORES.

Si libros, e quibus Clemens ornamenta carminibus suis sumere solitus erat, omnes ad unum velles cognoscere, necessarium esset te ea perquirere, quae non solum ab antiquis et medii aevi scriptoribus sed etiam ab aequalibus suis mutuatus sit. Sed haec indagatio, quae ad aequales spectat, laborem immensum permultasque lucubrationes expostularet et parum sine dubio procederet. Quod quidem minime mirum. Facile est enim (ut infra manifestum erit) in operibus illorum, qui regnante Francisco priore vixerunt, sententias invenire a poeta nostro enuntiatas. At quis inter eos fuerit alios imitatus, quis aliis exemplum fuerit, hoc plerumque poterit nullo pacto dijudicari. Nam quibus annis illi viri, de quibus nunc agitur, libros suos aut confecerint aut ediderint saepe nescimus, quod nobis multum praebet incommodi, cum, certa tantum cognitione temporum, id quod ab amicis aemulisque suis Marotus transtulit in lucem proferri queat. Huc accedit quod nonnunquam, quamvis eadem dixisse

1. *Œuvres*, III, p. 66-7.
2. *Les Lamentacions Bourrien, chanoyne de Saint-Germain-l'Auxerrois.* — Vide Eugène Crépet, *Les Poètes français*, t. I, p. 470-5, Paris, Gide, 1861.

videantur, alii tamen illos non imitati sunt, sed eosdem eodem loco flores delibaverunt, quibus opera decorarentur[1].

Quae cum ita sint, hoc solum argumentis comprobare statuimus, Clementum Cretinumque familiares maxime invicem officia sibi praestitisse. Etenim sive eorum communicatione, quae quisque scripserit, sive quotidianis in aula aut inter pocula sermonibus, sententias, velati merces, commutabant, ex quo fructus in omnes redundabat uberrimus. Nunc ut perspiciamus ut nos hoc non sine causa asserere, nonnullis utemur exemplis, et quaedam apud Marotum scriptoresque XVI[i] saeculi ostendemus haud absimilia. Haec autem qui primus invenerit nescimus, nec de poetis loquemur parum laudabilibus — Joannes Meschinotus[2], Molinetus Cretinusque[3] sunt videlicet hujuscemodi — ne nostrum opusculum nequicquam extendamus. Satis vero habebimus paucis verbis stabilire quae quasi vicina occurrunt cum in versibus Maroti tum apud praestantissimos illius aetatis viros, Rabelaesium, Bonaventuram, Mellinumque Sangelasium.

Quod ad primum attinet, constat eum amicitiae vinculo cum poeta nostro conjunctum fuisse[4], cujus nonnulla retulit facete dicta[5]. Ille autem elegantissimum ad hunc epigramma misit, in quo breve quoddam Martialis carmen subtiliter interpretatus est[6], ut illam rationem vivendi summis laudibus efferret ab auctore rerum pantagruelicarum persaepe praedicatam, qui hominibus suadet ut, curis omnibus remotis, otium molle nec tamen ineruditum amplexentur, securisque diebus fruantur[7]. Non multa nihilominus apparent in libris illorum similia. Iisdem tantum, sed admodum raro, uterque jocis utitur[8], jamdudum sine dubio in populo pervulgatis. Reperiuntur, in tabula quae inscribitur *Des Amans*, aliquot versus quos nemo legere poterit quin cujusdam loci Pantagruelis historiarum memoriam statim repetat. Unus

1. Hoc praesertim de iis dici potest, qui aut epigrammata aut [illegible]

2. De vita et operibus illius viri, cf. A. de la Borderie, *Bibl. de l'Éc. des Chartes*, XVI, 1865, p. [illegible].

3. [illegible]

4. Cf. Valbert, op. cit., p. 174, n. 2.

5. V. *Rab.*, cap. XIV, et cf. *Œuvres*, II, 213; — *Pant.*, II, XVI, et cf. *Œuvres*, I, [illegible].

6. Clé. V, *Epigr.* XV.

7. *Œuvres*, III, 96. — Cf. *ibid.*, I, 260, *Epist.* 12, v. 3.

8. *Ibid.*, *ibid.*, 128: « [illegible] », etc. — Cf. *Pant.*, II, cap. XXI: « [illegible] », etc. »

adulescentium, in illa comoedia de amica alterum interrogat, qui laconico more respondet :

> Pour ce jour là, que dis tu ? — Pris.
> — Quel visage vois tu d'elle ? — Gris.
> — Ne te eut elle jamais ? — Point.
> — Que veulx tu estre à elle ? — Joinct [1].

Talia a monacho « fredon » responsa aufert, apud Rabelaesium, Panurgius : « Qu'y a-t-il en la cuisine ? — Feu. — Qui entretient ce feu-là ? — « Bois. — Ce bois ici quel est-il ? — Sec. — De quels arbres le prenez ? — « D'ifs. — Le menu et les fagots ? — D'houx. — Quels bois bruslez en « chambre ? — Pins, etc. [2] »

Bonaventura quoque in amicitiam Clementis receptus fuit, quem parentem gallicorum vatum declaravit [3], eximia laude cumulavit [4], contra Sagontum furentem ira defendit [5]. Insunt in operibus ejus quidam scriptoris nostri versus [6], et quaedam jucunda verba, quae in carminibus Maroti nitent. — Haec utputa videntur minime inter se discrepantia :

> Je t'envoye un grand million
> De salutz, mon amy Lyon :
> S'ilz estoient d'or, ilz vauldroient mieulx [7].
>
> Qu'attendez-vous ? Voulez-vous des salutz
> Un million ? Vrayment, vous en aurez.
> D'or ne seront, toutesfois, ny dorez [8].

Si nunc fabellas leges, quas salse et festive enarravit Bonaventura, dicta quaedam invenies licentiora interdum et a Clemente usurpata, sed satius est, ne legentis aures offendamus, ea silentio praeterire [9].

At Sangelasius praecipue poeta nostro familiariter usus est. Quicumque utrinsque libellos evolverit fateri debebit illos fidissimae amicitiae exemplum praebuisse, cum alter alterum non tantum diligeret [10], sed

1. *Œuvres*, I, 50.
2. *Pant.*, V, cap. XXVIII. — Cf. B. des Periers (*Nouv. récréations*, LVIII), *Du moyne qui respondoit tout par monosyllabes rymez* ; — *Dialogue de Messieurs de Mallepaye et de Baillevent*, passim ; — du Bellay (*Œuvres choisies*, p. 137), *Dialogue d'un amoureux et d'Echo*. — De illo jocorum genere, vide Guiffrey, *op. cit.*, II, 112.
3. *Œuvres françaises*, I, 75.
4. *Ibid.*, *ibid.*, 110-111.
5. *Ibid.*, *ibid.*, 177 sqq.
6. Vide *Cymbalum mundi*, p. [illegible] ; *Nouv. récréations* (edit. Jacob), p. 79, [illegible], 214.
7. *Œuvres*, I, 184.
8. *Œuvres françaises*, I, 72. — Cf. Guiffrey, *op. cit.*, III, 300.
9. Cf. Marotum, *Œuvres*, III, 110-111, *Epigr.* CCLXXIV et Bonaventuram, *Nouv. récréations*, Nouv. LXXXVI, p. 315.
10. *Œuvres complètes de Melin de Saint Gelays*, II, 1-3, *D'un chat et d'un milan*, adversus Sagontum ; — *ibid.*, 41 : « Si Charles (La Hueterie) n'estoit grand menteur, etc. » ; — *ibid.*, 131, *A Clement Marot estans tous deux malades* ; — *ibid.*, 262-3.

etiam stimulis, sodaliis consiliisque[1] adjuvaret, cum alter ab altero argumentum nonnunquam peteret ad scribendum. Haud dubium est Mellinum ea, quibus sodalis ejus delectabatur, libenter imitatum fuisse, scilicet Anthologiam[2] et opera Catulli[3], Martialis[4] Joannisque Maglo-nensis[5]. Praeter haec, illi viri, utpote qui in eodem hominum coetu vitam agerent, res aut laetas aut luctuosas, quae ante oculos eorum propemodum versabantur, pariter cecinere[6]. Saingelasius autem multa familiaris sui epigrammata, illa imprimis quae periti populusque magni aestimabant, verbis paululum mutatis, iterum condidit[7]. Plurima etiam hujus generis poemata nunc Clementi nunc Mellino a doctis adjudicantur[8], unde cognoscitur illos velut in communes opes suas contulisse.

Cum tales homines summa necessitudine Marotus contingeret, lucrum profecto facere ex eorum sermonibus, sententiasque novas colligere debuit, quas deinde versibus et ipse persecutus est. Jure igitur contendere possumus Clementem aetatis suae viris nonnulla subripuisse. — Plura vero ea de re disserere oportuisset, attamen, cum nostrae vires operi tanto nequaquam suppeditarent, nobis melius visum est illud fere integrum relinquere quam temere aggredi.

1. [illegible] « O Saint-Gelais, creature gentile, | ... | A quoy tient il que ta plume donne [illegible] » (Œuvres, I, [illegible].) [illegible] Vide Œuvres complètes, I, [illegible], D'un [illegible]; ibid., [illegible], D'un [illegible].

2. Ibid., II, [illegible], Pour un vieillard amoureux, [illegible] cf. Marotum, Œuvres, III, [illegible], Epigr. CCLI.

3. Œuvres complètes, I, [illegible] sqq. Epitaphe du passereau d'une damoiselle.

4. Ibid., ibid., [illegible] et cf. Marotum, Œuvres, III, [illegible], Epigr. CCXXXVIII. — [illegible] Œuvres, III, [illegible], Epigr. LXXIV, Mellinum, Œuvres complètes, III, 11, Epigr. XVIII) [illegible] — Cf. denique Marotum, Œuvres, III, [illegible] [illegible]

5. Ibid., ibid., [illegible] « [illegible] » Cf. supra, p. [illegible].

6. Ibid., ibid., 157-8, En la mort d'Anne [illegible]. — Cf. Marotum, Œuvres, II, [illegible]. [illegible]

7. Saingelasium, Œuvres complètes, I, 11[illegible]: « [illegible] » Cf. Clementem, Œuvres, III, [illegible]

8. Carmina, de quibus nunc agitur, haec sunt: apud Marotum, Œuvres, III, [illegible] (CCXL), [illegible] (CCXL), [illegible] (CCLXXXIV), [illegible] (CCXCVII); apud Saingelasium, Œuvres complètes, II, [illegible] (X), [illegible] (XVI); I, [illegible]; II, [illegible] (LXX).

CONCLUSIO.

Quos Clemens imitatus fuerit aut satis aut certe uti potuimus ostendimus. Nunc nobis liceat eorum, quae supra diximus, summam facere.

Quod ad litteras antiquorum spectat, non videtur Marotus plane intellexisse quantum dignae fuerint et sint quae admirationem moveant. Nam cum ingenium haberet lepidum sane venustumque, sed leve et parum diligens, neque severam Sacrae Scripturae majestatem penitus percepit, neque doctrinam comprehendit in operibus Graecorum Romanorumque reconditam, quae mira sententiarum crebritate ferme omnia refulgent, et prudentissimis dictis ad mores hominum et ad rerum naturam pertinentibus undique circumfluunt. Fabularum, quas enarravere Graii, jucundam speciem potius vidit quam abditam sapientiam, nitida potius vestimenta quam ossa sanguinemque. Nec horum igitur vestigiis potius institit, qui, inter antiquos, ad philosophiae studium se contulerant, nec vatum qui, cum divino quodam spiritu concitarentur et os haberent magna sonaturum, proelia laboresque mortalium cecinerant aut rerum principia, nec poetarum qui amorem ut angoribus confectum, furentem et nefarium depinxerant; at illos libentissime imitatus est qui Cupidinem deum ostenderant festivum, clementem, corona redimitum, vino deditum et saltationi. Itaque cum Marotus aliquid priscis subducit scriptoribus, id saepe, quod satius fuisset relinquere, abripit. Non illos enim Vergilii versus interpretatus est quibus egregia heroum facta populosque de imperio decertantes celebrantur, sed carmina decantavit, quae pastores, in eclogis, fundere soliti sunt. Ex his apparet eum omnia neque probavisse neque mente fuisse complexum quae Musa veteribus munifice irrogaverat. Attamen necesse est fateamur Clementem interdum enituisse in hoc parvo praediolo, quod sibi, ut ita dicamus, a Romanorum latifundiis resecuerat. Haud semel iis apte callideque usus est quae a Marone aut ab Ovidio defluebant, et, quamvis ex illis exemplum sibi sumeret, virtutes ingenii sui nullo modo exuebat, perurbanum etiam tum sese praebens et argutum et hilarem. Quamobrem si nonnulla ejus carmina, ex antiquo fonte manantia, adhuc

refulgeat, profecto facere non videmur in Clemente illam nobis similitudinem mutuatamur, quam ipse a Martiale sumpsit et formica in electro inclusa et splendore alieno nitente, sed veluti apis, quae, cum e favis ab ipsa structis egredi non jam possit, in labore suo, scilicet in nitido flaventique monumento, permanet quasi sepulta.

At cum Marotus medii aevi scriptores imitatur, tum maxime omnia ei feliciter succedunt, prioribusque Gallicis poetis, excepto Villono, multum antecellit. Eorum autem libentius auctoritatem sequitur, qui, ad obtrectationem proni, et mulieres insectabantur, et sacerdotibus monachisque avaritiam, helluationem nequitiamve exprobrabant. Haec contumeliosa verba, crebro a majoribus nostris usurpata, non invitus renovabat Clemens, ut qui maximum detrimentum accepisset, cum in se cujusdam feminae convertisset odium, et universi cleri, Sorbonicos lacessendo doctores, laudesque praedicando lutherianae religionis, invidiam collegisset. Verumtamen non modo ea comprobavit, quae, apud majores, lecta inveniuntur et acerba; sed Gallicis etiam assensus est poetis, qui, dicta fundentes inanissima, de amore disputant et fabulas confingunt inanes aut de Cupidine imperii summam in nescio quo saeculo tenente, aut de illa insigni Rosa, tam sedulo — sed frustra — custodita, propter quam diuturnum et immane bellum exardescit. Persuasum enim habuit Marotus nihil esse pulchrius quam Guillelmi Lauriacensis Joannisque Magdunensis carmen. Et hos igitur viros, et omnes qui, ante Franciscum regem, versibus aculeatis fabulisque amatoriis famam sibi comparavere, aemulari conatus est. Inter quos parvo labore primum locum obtinuit, quia scriptores illos, quibus lepore in jocando ingeniique celeritate haud impar judicari poterat, multum integritate superabat et elegantia orationis.

Quantocumque tamen splendore adhuc ea carmina niteant, quae sententiis priscorum aut medii aevi poetarum Marotus exornavit, nobis existimare illum, si hujus generis scripta nobis tantum reliquisset, gloriam, qua floret hodie, unquam adepturum fuisse. Sagontus vero hunc virum deridens et in eo inscientiam acerbe reprehendens, id ipsum inimico suo exprobrabat, quod a posteris maxime probari debebat. Felix enim inscientia! Nam cum Clemens doctrinam non abundaret satis, ut illa divitum fortunis uti consuluit, nedum opes undique colligeret alienas. Illi autem vir erat mira mentis, mirae erant animi dotes, pluraque ei natura tribuerat quam litterarum scientia assiduaque lucubratio conferre potuissent. Propterea, haec ejus opera nunc leguntur praecipue et laudantur, et memoria ferme omnium custodiuntur, in quibus audita nondum canit, nullumque sibi exemplum ad imitandum proposuit.

Ex his apparet non hoc nostrum opusculum illius laudi, parvulum veluti

monumentum, dedicavisse. Plerique enim poetae de gloria sua aliquid deperdere videntur, ut primum manifestum fit eos ex alienis fontibus hausisse multa. Ea contra, quae Maro ab his imitatus est, in lucem proferendo, nihil de illius viri fama detrahere poteris, adeo ea quae interdum fu subduxit divitiis illi peculiaribus et ingenii ejus luce propria saepius offunduntur.

APPENDICES.

I

INDEX SCRIPTORUM LIBRORUMQUE DE QUIBUS MAROTUS MENTIONEM FECIT[1]

1 Voir p. 13, n. 1.

II.

INDEX OPERUM SAEPIUS IN NOTIS HUJUS LIBELLI ALLEGATORUM.

Anacreontis Teii quae vocantur « Sumposiaca hemiambia »,... iterum edita a Valentino Rose. Lipsiae, Teubner, 1876.

Anthologie grecque, traduite sur le texte publié d'après le ms. palatin par Fr. Jacobs. Paris, Hachette, 1863, 2 vol.

Bellay (Joachim du). — *Œuvres choisies* publiées par L. Becq de Fouquières. Paris, Charpentier, 1876.

Bible (La Sainte) qui contient l'Ancien et le Nouveau Testament d'après la version de J.-F. Ostervald. Paris, Meyrueis, 1866, grand in 8°.

Chartier (Alain). — *Œuvres... contenant l'histoire de son temps, l'Espérance, le Curial, le Quadrilogue et autres pièces, toutes nouvellement reveues, corrigées et de beaucoup augmentées...* par André Du Chesne, tourangeau. A Paris, de l'Imprimerie de Pierre Le-Mur, rue Traversine, près la porte Sainct Victor, in 4°, M.DC.XVII.

Coquillart. — *Œuvres*, nouvelle édit., revue et annotée par Ch. d'Héricault, 2 vol. Paris, Jannet, 1857.

Cretin (Guillaume). — *Poésies*. A Paris, de l'Imprimerie d'A.-U. Coustellier, M.DCC.XXIII.

Gelays (Melin de Saint). — *Œuvres complètes* avec un commentaire inédit de B. de La Monnoye... édition revue, annotée et publiée par P. Blanchemain, 3 vol. Paris, Paul Daffis, 1873.

Horace, Juvénal, Perse, Sulpicia, Turnus, Catulle, Properce, Gallus, Maximien, Tibulle, Phèdre, Syrus. — *Œuvres complètes* avec la traduction en français publiées sous la direction de M. Nisard. Paris, F. Didot, 1865, un vol. gd. in-8°.

Jeanroy (A.) — *De nostratibus medii aevi poetis qui primum lyrica Aquitaniae carmina imitati sint*. Paris, Hachette, 1889, in 8°.

Langlois. — *Origines et sources du Roman de la Rose*. Paris, Thorin, 1890, in 8°.

Lemaire de Belges (Jean). — *Œuvres* publiées par J. Stecher, 3 vol. in-8°, Louvain, 1882-1885.

Lorris (Guillaume de et Jean de Meung.) — *Le Roman de la Rose*, édition accompagnée d'une traduction en vers par P. Marteau, 5 vol in-16. Orléans, Herluison, 1878-1880.

LUCANI PHARSALIAE [illegible] et [illegible] cum indicibus, editio altera emendatior. Parisiis, F. Didot, 1867, in-8°.

MAROT (CLÉMENT). — Œuvres par G. Guiffrey, t. II, Paris, Claye, 1875, in-8°. — t. III, Paris, Quantin, 1881, in-8°.

MAROT (CLÉMENT). — Œuvres annotées... et précédées de la vie de Clément Marot par Ch. d'Héricault. Paris, Garnier, 1867, in-8°.

MAROT (CLÉMENT). — Œuvres complètes revues sur les éditions originales avec préface, notes et glossaire par M. P. Jannet, 4 vol. in-16. Paris, Marpon et Flammarion[1].

MAROT (CLÉMENT). — Œuvres... revues sur plusieurs manuscrits et sur plus de quarante éditions; et augmentées tant de diverses poésies véritables que de celles qu'on lui a faussement attribuées; avec les ouvrages de Jean Marot, son père, ceux de Michel Marot, son fils, et les pièces du différend de Clément avec François Sagon; accompagnées d'une préface historique et d'observations critiques, 6 vol. in-12. La Haye, chez P. Gosse et J. Neaulme, 1731. (Lenglet Dufresnoy.)

MAROT (CLÉMENT). — Œuvres choisies par E. Voizard. Paris, Garnier, s. d.

MARTIAL. — (Coll. Nisard.)

MONTAIGLON (A. DE). — Recueil des poésies fr. des XVe et XVIe siècles, morales, facétieuses, historiques, 13 vol. in-16. Paris, 1855-1878.

NAVARRE (REINE DE). — Les dernières poésies de Marguerite de Navarre publiées par A. Lefranc. Paris, Colin, 1896, in-8°.

OVIDE. — Œuvres complètes avec la traduction en français publiées sous la direction de M. Nisard. Paris, Dubochet, 1838, grand in-8°.

PÉRIERS (BONAVENTURE DES). — Œuvres françaises revues sur les éditions originales par L. Lacour, 2 vol. in-16. Paris, Jannet, 1856.

PÉRIERS (BONAVENTURE DES). — Contes ou nouvelles récréations et joyeux devis, suivis du Cymbalum mundi, nouvelle édit. par P. L. Jacob (Bibliophile). Paris, Garnier, s. d.

RABELAIS. — Œuvres, nouvelle édition revue sur les meilleurs textes... par L. Favre. Paris, Garnier, 1877, un vol. in-16.

RECUEIL DE FARCES, SOTIES ET MORALITÉS DU XVe SIÈCLE, réunies pour la première fois et publiées... par P. L. Jacob (Bibliophile). Paris, Garnier, 1862, 1 vol. in-16.

REVUE D'HISTOIRE LITTÉRAIRE DE LA FRANCE, année 1894, Paris.

RONSARD (P. DE). — Poésies choisies... publiées avec notes et index... par L. Becq de Fouquières. Paris, Charpentier, in-16.

SIMON (L.). — Publii Ovidii Nasonis Metamorphoseon libros quindecim [illegible] interpretatione [illegible]. Paris, [illegible], 1882, in-8°.

VILLON (FR.). — Œuvres complètes, édit. préparée par La Monnoye, mise au jour par P. Jannet. Paris, Marpon et Flammarion, 1 vol. in-16.

VIRGILE. — Publii Virgilii Maronis opera, nouvelle édit. publiée par E. Benoist. Paris, Hachette, 1880, un vol. in-16.

VOIZARD. — De disputatione inter Marcolfum et Salomonem. Paris, Cerf, in-8°, 1885.

1. [illegible]

INDEX CAPITUM

ERRATUM

P. 21, l. 1, lege [illegible]

Visum ac perlegi,
Lutetiae Parisiorum, in Sorbona,
a. d. III kal. jul. an. MDCCCXCVIII,
Facultatis Litterarum in Universitate Parisiensi Decanus,
A. HIMLY.

Typis mandetur,
Academiae Parisiensis Rector,
GRÉARD.

[illegible]

[illegible] — [illegible]